- Conditio, ne successor contrahat cum persona maculata seu ignobili, non impedit, si ante delatam successionem contraxit cum persona prohibita, & tempore delatæ successionis jam sit mortua, p. 3. c. 3. n. 40. p. 178.
- Conditio prohibitiva contrahendi cum persona de impuro sanguine, non præjudicat successorì, si fuit nullum matrimonium, & habilis remaneat ad aliud contrahendum, p. 3. c. 3. n. 41. ibid.
- Conditio ne possessor contrahat cum persona maculata, si contraveniat puella virgo; & mortuo marito, inveniatur libera, & habilis ad parendum conditioni, non impedit quin succedat, p. 3. cap. 3. n. 42. p. 178.
- Conditioni ne successor nuptias faciat cum persona maculata, si contraveniens fuisset minor, & moriatur conjux ante delatam successionem, succedet postea, cum non sit impeditus tempore delatæ successionis, p. 3. c. 3. n. 43. & 44. ibid.
- Conditio, ne successor contrahat cum persona maculata, non obligat successorem, quando per verba exhortationis, vel consilii, & non per verba necessaria præcepti, modi, vel conditionis fuit apposita, p. 3. c. 3. n. 45. p. 178.
- Conditio, ne successor nubat cum persona maculata, vel ignobili, non excludit successorem contravenientem, quando non superest alius ex familia, p. 3. c. 3. n. 46. ibid.
- Conditio, ne successor ineat matrimonium cum maculata persona, vel ignobili, non excludit filios natos ante matrimonium contractum cum persona ignobili, seu maculata, p. 3. c. 3. n. 47. p. 178.
- Conditio, ne successor contrahat cum persona ex genere ignobili, vel impuri sanguinis, an noceat filiis natis ex secundis nuptiis contractis cum persona ex genere nobili, vel puri sanguinis? p. 3. c. 3. n. 48. p. 178.
- Discutitur ex professo pro utraque parte, & resolvitur pro filiis, à num. 48. usque ad n. 56. ibid. & p. 179.
- Conditio, seu gravamen appositum instituto, non extenditur ad substitutum, nisi expressè repetatur in substituto, p. 4. c. 2. n. 5. p. 202.
- Conditio respiciens certas personas, ad eas tantum, & non ad alias referri debet, p. 4. cap. 2. num. 6. p. 202.
- Conditio adjuncta personæ, seu gradui separato in perfecta oratione diversa, non censetur repetita quoad aliam personam, gradum, vel lineam substitutorum, p. 4. c. 2. n. 10. ibid.
- Conditio prohibitiva non extenditur de persona ad aliam personam in oratione separata, p. 4. cap. 2. n. 11. ibid.
- Conditio, seu qualitas agnationis, non extenditur etiam ex ratione conservandæ agnationis ad alias personas, gradus, vel lineas, in quibus expressè requiritur; imò ad personas nominatas restringitur, p. 4. c. 2. n. 12. p. 203.
- Conditio, quæ prohibet concursum unius cum alio majoratu, tendit ad provisionem alimentorum in favorem aliorum, cum præsumere debeamus quod institutor motus fuerit charitate, & affectu subveniendi aliis, ex fructibus, ac redditibus bonorum alterius majoratus. Ideo in favorem alimentorum extendi debet, p. 4. c. 2. n. 18. & 19. p. 103.
- Conditio prohibitionis unius cum alio majoratu, quamvis sit ob causam & rationem ne institutoris nomen, vel ejus memoria subjaceat, vel arma obumbrentur, extendi debet ad alias personas, lineas, vel gradus ob identitatem rationis, & causæ finalis, p. 4. c. 2. n. 20. ibid.
- Conditionis repetitio, & extensio de persona ad personam, de gradu ad gradum, & de linea ad lineam datur, similiter eadem ratio, & causa, p. 4. c. 2. n. 21. p. 203.
- Conditionis repetitio, seu gravaminis procedit non solum per expressam, sed etiam per tacitam & conjecturatam voluntatem institutoris, p. 4. c. 2. n. 22. & 23. p. 204.
- Conditio negativa, si vocatus filios non habuerit, cum sit limitata, & ad certum tempus restricta, solum ad illud tempus attendi debet ad hoc ut ex defectu illius substituto locus fiat, part. 5. cap. 2. num. 27.

& Verborum.

num. 27. & 28. p. 227.
Conditio illa negativa, si liberos institutus, vel vocatus non habuerit, non verificatur quousque impossibile sit filios habere posse, & sic usque ad mortem, nam usque ad eam durat spes, p. 5. c. 2. n. 51. p. 229.
Conditio nuptiarum requiritur quod adimpleatur per actum, & rem ipsam, & non sufficit per habitum, seu potentiam, p. 5. c. 3. num. 19. & 20. p. 233.
Conditionem sufficit semel impleri, licet non postea duret implementum, p. 5. c. 6. n. 100. p. 257.
Vide amplius verb. *Gravamen*, & verb. *Prohibitio*.

Conductio.

Conductio, & Precarium, incompatibilia sunt, p. 1. c. 3. n. 7. p. 336.

Conjectura.

Conjecturis evidentibus, & valdè urgentibus deducitur quodammodo expressum, conjecturæque manifestam, atque evidentem voluntatem inducunt, & per conjecturas apparet de mente, & intentione disponentis, p. 7. cap. 5. num. 73. & 74. p. 311.

Conjuges.

Conjuges, qui à principio non possidebant suos majoratus, sed postea durante matrimonio successerunt in illis, debent post talem successionem ipsos dividere, tanquam si ab initio matrimonii possedissent, & talis divisio non solum procedit inter filios, nepotes, sed etiam inter alios descendentes: ita resolvitur ex Dom. Perez de Lara, p. 8. c. 2. n. 11. p. 336.

Conjuges, si neque in eorum vita successerunt in majoratibus ita incompatilibus, nec eis viventibus, fuit delata successio, sed post eorum mortem, quia tamen in vita habebant probabile, & invariabile jus succedendi, & quia talis successio post eorum mortem resultat ex præambulo matrimonio, separari debent majoratus tanquam si ab initio conjuges habuissent, & possedissent eos, p. 8. c. 2. n. 12. & 13. Ubi ex Dom. Perez de Lara resolvitur contra Dom. Paz, & Additionatores ad Dom. Molinam. p. 337.

Conjuges, si neque in eorum vita successerunt in dictis majoratibus incompatilibus, nec spem habebant certam, & invariabilem, post mortem eorum successerunt in illis majoratibus, filii, vel nepotes, seu alii descendentes an dividi debeant ac si à principio, vel constante matrimonio successissent, vel habuissent probabilem, & certam spem possidendi? Resolvitur quod si majoratus instituti erant post contractum matrimonium, tunc dividi non debent; at verò si instituti erant majoratus ante matrimonium, tunc separari debent tanquam incompatibiles ex causa præambuli matrimonii, p. 8. c. 2. à num. 14. usque ad 18. p. 337.

Conjugium.

Conjugium inter eos, qui sunt disparis cultus, est incompatible, ac de jure Divino prohibitum, p. 3. c. 3. n. 1. p. 174.
Vide alia verb. *Matrimonium*.

Conjunctio.

In materia conjunctionis prohibita duorum, pluriumve majoratum, Flores Diaz de Mena, & maximè Pater Thomas Sanchez (qui refertur ad literam) reprobant decisionem Antonii de Gamma validissimis fundamentis. Si tamen causa pro-

hibitionis sit, ne memoria institutoris, nomen & arma supprimantur, Mieres ipse recedit ab hac opinione, p. 3. c. 5. n. 37. & 38. p. 192.

Vide verb. *Conditio*, & *Prohibitio*.

Conjunctio posita inter incompatibilia, resolvitur in Disjunctivam, p. 5. c. 4. n. 7. p. 237.

Consanguineus, & Consanguinitas.

Consanguinitas & proximitas ultimi possessoris ex ea parte provenire debet ex qua successio præten-

ditur, p. 1. c. 6. n. 240. p. 77.
Consanguineus transversalis ex parte patris meliorantis, etiamsi sit in remotiori gradu præfertur consanguineo ex parte matris meliorantis, etiamsi sit in proximiori gradu, & sit proximior ultimo possessori, p. 1. c. 6. n. 247. p. 78.

Consanguineus transversalis ex parte matris filii meliorati, præfertur extraneo, quem pater meliorans ad successionem majoratus vocavit, p. 1. c. 6. num. 248.

Quorum exemplis regulantur alii casus, n. 249. & 250. p. 78.

Consensus.

Consensus tacitus filii unici sufficit ad validitatem meliorationis si parens in compensationem gravaminis ultra Tertium aliquid aliud filio relinquat, prout Quintum; secus si ei nihil ultra Tertium relinqueret; nam tunc expressus requireretur consensus, p. 1. cap. 13. num. 27. & 28. p. 121.

Consonantia.

Consonantia, & dissonantia dant intellectum ad plurimas leges, & rationem decidendi tribuunt: de quibus vide p. 1. c. 7. à num. 18. usque ad 22. p. 92.

Contradictoria.

Contradictoria sunt, quæ simul de eodem stare non possunt: ideo idem quod incompatibilia, p. 1. c. 1. n. 10. p. 12.

Contradictoria componuntur ex una propositione universali, & altera particulari, p. 1. c. 10. num. 5. p. 106.

Contradictoria duo accidentia non possunt simul informare subjectum, p. 4. c. 6. num. 24. & 25. p. 218.

Contradictoria quomodo recognoscantur, declaratur exemplis, p. 1. c. 10. à num. 6. usque ad 25. p. 106.

Contrahens.

Contrahens in aliquo oppido, quod erat sub jurisdictione alicujus civitatis si postea oppidum sit ab ea exemptum, an debeat conveniri in civitate, vel in oppido exempto? disputatur, & refertur res judicata, p. 7. c. 2. à num. 17. usque ad num. 21. p. 293.

Contraria.

Contraria privativè non admittunt mixtum: Contraria positivè mixtum admittunt, p. 1. c. 1. n. 24. & 25. p. 14.

Contraria adversa privantia, & relata negantia, quæ sint, & in quo differant: ad majorem declarationem materiae, incompatibilitatis demonstratur, p. 1. c. 1. à n. 26. usque ad 36. p. 14.

Contraria per obliquum, quæ sint, ostenditur, p. 1. c. 1. n. 38. p. 15.

Contraria sub eodem genere maxime distant, & ab eodem subjecto mutuo se expellunt, p. 1. c. 3. num. 3. p. 32.

Contraria habent repugnantiam formalem, & directò mutuam, p. 1. c. 3. n. 4. ibid.

Contraria

Index Rerum

- Contraria** quodammodo sunt omnia incompatibilia, secundum Aristot. & Bald. Principes Philosophiæ, p. 1. c. 1. n. 9. p. 12.
Et c. 3. n. 5. p. 32.
- Contraria**, veluti legitimatum esse, & illegitimatam esse, possunt dari respectu diversi temporis, p. 1. c. 4. n. 43. & 44. p. 41.
- Contraria** in casu speciali legitimati, vide num. 45. ibid.
- Contrariæ** clausulæ seu conditiones positæ in aggregatione, destruunt eam, p. 1. c. 7. n. 26. 30. & 31. p. 93
- Contraria** contrariis curantur, unde frigus non moritur nisi in calore, amaritudo in dulcedine, loquacitas in taciturnitate, p. 1. cap. 9. num. 4. & 5. p. 104.
- Contraria** per regulas Dialecticæ componuntur ex duabus propositionibus universalibus, una affirmative, altera negante, p. 1. cap. 10. num. 3. & 4. p. 106.
- Contraria**, & **Contradictoria**, quæ sint, explicant Jurisconsulti, & alii Doctores ex scientia Dialecticæ, p. 1. c. 10. à n. 6. usque ad 25. p. 106.
- Contraria** duo, vel perplexa, possunt esse sub diversis respectibus, & tunc dissolvere facile est, p. 1. c. 10. n. 31. p. 108.
- Contraria** plura, seu incompatibilia, perplexave si concurrant, prævalent ultima, si in diversis capitulis, seu conditionibus ex intervallo sint apposita seu in diversis, & separatis testamentis, p. 1. c. 10. n. 38. & 39. p. 109.
- Secus in eadem scriptura continuativè, sive in continenti, ibid. n. 40. ibid.
- Limitatur, p. 4. c. 5. n. 24. p. 215.
- Contrariæ**, perplexæ, seu incompatibiles conditiones, vocationes, & aliæ dispositiones, si in diversis majoratum institutionibus sint appositæ, per eadem jura, & rationes, quibus deciduntur quando sunt in eadem dispositione, decidi debent, p. 4. c. 5. à n. 27. usque ad 29. p. 215.
- Contrariæ** conditiones, seu perplexæ, aut incompatibiles, si super bonis aggregatis in diversis majoratum institutionibus appositæ sint, an dividi, & separari debeant aggregata? resolvitur cum distinctione casuum, p. 4. cap. 5. à num. 30. usque ad 33. p. 215.
- Contraria**, sive incompatibilia simul esse possunt ex voluntate institutoris, accipiendo eam metaphysicè sive intellectualiter, & in abstracto, & non in concreto: quod declaratur, p. 4. cap. 6. num. 47. p. 219.
- Contraria**, & incompatibilia, ad hoc ut uno electo consumatur alterum, accipienda sunt non solum quoad remedia, & actiones contrarias, seu incompatibiles, sed etiam quoad modum, & viam agendi, si sibi invicem adversentur, & non compatiantur, p. 6. c. 2. n. 13. p. 267.
- Contrarietas.*
- Contrarietas**, repugnantia, seu incompatibilitas in legibus nulla dari debet, nec datur, p. 4. c. 5. n. 1. p. 213.
- Contrarietas**, repugnantia, seu perplexitas in dispositione hominum, ad hoc ut super ea disputetur, utrum primis, vel secundis conditionibus, vel qualitatibus stari debeat, & quid tenendum? Debet esse præcisa, & indissolubilis contrarietas, ut impossibile sit eam concordare, p. 4. cap. 5. num. 3. 4. & 5. p. 213.
- Et à n. 24. usque ad 26. p. 215.
- Contrarietas**, sive perplexitas potest dissolvi, quando unum ex contrariis potest referri ad id, quod est generale dispositum, & aliud ad id quod est speciale, p. 4. c. 5. n. 12. p. 214.
- Contrarietas**, sive perplexitas dissolvi potest, si resultet ex vi alicujus Alternativè, cum resolvi debeat in Copulativam, ut contrarietas evitetur, p. 4. c. 5. n. 22. p. 215.
- Vide etiam verb. *Perplexitas.*
- Contraventio.*
- Contraventionis** clausulam per incompatibilitatem, seu privationem ipso facto incurrendam, posuit Dominus Deus in institutione majoratus, ut recognosceret homo, quod non ex suis bonis, sed ex bonis Domini sui in Paradiso creatis institutus erat, p. 3. c. 1. n. 2. p. 159.
- Contraventionis** clausula, seu præceptum, sub pœna amissionis ipso facto incurrenda, à Deo posita refertur ad literam, p. 3. c. 1. n. 4. ibid.
- Et quod sub dicto gravamine, & conditione fuit Adam missus in possessionem Paradisi, num. 5. ibid.
- Contraventio** per alium, quam per eum cui fuit appositum præceptum, seu gravamen, non nocet successori, p. 3. c. 1. n. 4. p. 162.
- Contraventio** per errorem probabilem causatum ab ignorantia facti, vel ab imbecillitate personæ sine dolo, scientia, seu voluntate, excusat, p. 3. c. 1. n. 44. ibid.
- Contraventio** debet constare per plenam probationem, cum non præsumatur nisi plenè probetur, p. 3. c. 1. n. 45. & 46. p. 162.
- Contraventio** patris non nocet filio antea concepto, & nato, neque in sententia privationis ob contraventionem comprehenditur filius, p. 3. c. 1. n. 62. p. 165.
- Limita nisi aliter fuisset voluntas institutoris, n. 63. ibid.
- Contraventio** an sit realis, vel personalis ob voluntatem institutoris, p. 3. c. 1. n. 70. p. 166.
- Contraventio** censeri debet realis ex voluntate institutoris, quando per generationem, & propagationem filius, vel descendens fuit comprehensus in contraventione; cum tunc institutor vellet quod caro, & sanguis ex tali parente contraveniente proveniens non succedat, p. 3. c. 1. num. 71. p. 166.
- Contraventio** realis censeri debet, si institutor sub pœna privationis præcepit ne successor contrahat cum persona maculata quæ descendat ex Judæis, Mauris, Hæreticis, Ignobilibus, vel aliis similibus, p. 3. c. 1. n. 72. ibid.
- Extenditur etiam si diligentiam adhibeat ad contrahendum cum persona sine illa macula, num. 74. p. 167.
- Quo casu pater non debet privari, sed filii, p. 3. c. 1. n. 75. & 76. p. 167.
- Contraventio** judicatur realis quando institutor excludit filios illegitimos, p. 3. c. 1. n. 73. p. 167.
- Contraventio** censeri debet realis, si fuit in contemptum institutoris, cum tunc sit ei odiosus, & odium cum patre nocet filiis, p. 3. cap. 1. num. 77. ibid.
- Contraventio** ex eo quod non adimpleat conditionem portandi nomen, vel arma, seu insignia familiæ, censetur realis, p. 3. c. 1. n. 78. & 79. p. 267.
- Contraventio** censetur realis, quando vocatus fuit filius contemplatione patris, & pater contraveniat. p. 3. c. 1. n. 81. ibid.
- Contra

& Verborum.

Contraventio judicari debet realis, quando in casu contraventionis non vocati sunt filii contravenientis, sed alius extraneus, p. 3. c. 1. n. 82. ibid.

Contraventio censetur realis quando filii sunt vocati, vel instituti, si pater non contraveniat, p. 3. c. 1. n. 83. p. 167

Declaratur, & limitatur, n. 84. ibid.

Contraventionem committit, qui non in totum, sed solum pro parte adimplet conditionem, seu gravamen, p. 3. c. 1. n. 85. ibid.

Contraventio patris non nocet filio concepto, vel nato ante contraventionem. p. 3. cap. 1. n. 87. p. 168.

Contraventio patris non nocet filio, qui tacite, vel expresse fuit vocatus, p. 3. c. 1. n. 88. ibid.

Contraventio, quando fuit ob venditionem rei majoratus prohibita alienari sub pena privationis, non nocet filio, p. 3. c. 1. n. 89. p. 168

Contraventio patris, qui prohibitus est sub pena privationis, molestiam, injuriamve inferre alicui, vel litem movere, nocet filiis, p. 3. c. 1. n. 90. usque ad 92. p. 168

Contraventio patris in dubio non nocet filiis, maxime in majoratibus Hispania, p. 3. cap. 1. num. 93. ibid.

Contravenire quis non debet facto proprio, vel facto alterius cui successit, seu quem repraesentat, p. 5. c. 6. n. 5. p. 248

Vide amplius verb. *Factum*.

Contraventione patris, vel Avi, filius non excluditur a majoratus successione, p. 7. cap. 6. num. 19. p. 320.

Vide verb. *Adam*, & verb. *Maria*, & *Succesor*.

Conventus.

Conventus Fratrum Minorum incapax est successio- nis de annuis redditibus, non vero de annuis eleemosynis, p. 7. c. 5. a num. 37. usque ad num. 41. p. 307.

Copulativa.

Copulativa, *ET*, inter Incompatibilia, resolvitur in Disjunctivam, p. 5. c. 4. n. 1. p. 237

Copulativa posita inter Incompatibilia, non solum cadens inter res, sed etiam inter personas, resolvitur in Disjunctivam, n. 8. ibid.

Copulativa, ex sua materia conjungit, ut simul omnes copulati succedant, p. 5. c. 4. n. 10. p. 238

Quod procedit etiam cadens inter personas, n. 11. ibid.

Copulativa apposita inter incompatibilia, & repugnantia, maxime in majoratum successione, resolvitur in Disjunctivam, ad hoc ut quilibet disjunctim, & quo tempore succedere debeat, p. 5. c. 4. n. 17. & 18. p. 238

Corrigens.

Corrigere se incontinenti nemo velle praesumitur: quod limitatur in perplexis, seu incompatilibus, cum tunc ultimum prevalere debeat, p. 4. c. 5. num. 24. p. 215

Cumulatio.

Cumulationes de possessorio ad petitorium maxime pertinent ad materiam Incompatibilitatis, & utiles ad praxim super majoratibus vacantibus per mortem ultimi possessoris, quaestiones continent: maxime cum non recurritur ad superiores Regios Senatores super remedio Tenurae, p. 5. c. 5. num. 1. p. 240.

Cumulationis materia de possessorio cum petitorio, integrum tractatum desiderat, & referuntur

quam plurimi Doctores, qui de ea selecte agunt, p. 5. c. 5. n. 12. p. 241

Vide verb. *Possessorium*.

D.

Datum.

Datum pure, si adimatur sub conditione, sub contraria conditione videtur datum, p. 5. c. 6. a n. 71. usque ad 73. p. 254

Datum contemplatione certae causae, non repetitur, licet illa resolvatur, p. 5. c. 6. n. 101. p. 257

Decurio.

Decuriones, vulgo, *Regidores*, o *Ventiquatros*, non possunt esse conductores gabellarum, & Regionum reddituum, vel priorum cujusque oppidi, nec esse fidejussores conductorum, p. 6. c. 4. n. 47. p. 378.

Idem de Tribunis plebis, vulgo *Jurados*, & *Mayordomos de el Consejo*, n. 47. & 48. ibid.

Limitatur, p. 3. c. 3. n. 15. p. 176

Decurionem unum cum alio Decurione aut Officiali ejusdem consistorii habitare non permittitur, ibid. n. 81. p. 281

Vide amplius verb. *Rectores*.

Delictum.

Delictum commissum in medio, seu in finibus utriusque territorii, ita indifferenter quod non magis in isto, quam in illo territorio sit perpetratum, quis Judicum utriusque territorii cognoscere debeat? & de competentia inter eos, & quomodo debeant recurrere ad Superiorem: & de praxi, quae circa hoc observatur, p. 2. cap. 5. a num. 41. usque ad 45. p. 151. 152.

Delictum patris nocet filiis in feudalibus, p. 1. c. 2. n. 54. p. 28

Dæmon.

Dæmon in figura Apollinis quando interrogatus fuit de futuris contingentiis, cautè, & ne de mendacio argui posset, per verba ambigua, & amphibologica respondebat, p. 1. c. 11. a num. 8. usque ad 10. p. 110

Depositum.

Depositum, & Mutuum, sunt incompatibilia, tanquam ex sua natura contraria, pag. 1. cap. 3. n. 8. p. 33.

Descendens.

Descendens ex naturali tantum, licet sit naturalis legitimus, non est de linea recta ad succedendum in majoratu; cum proveniat ex radice infecta, p. 1. c. 6. n. 110. p. 66.

Idem de filio, vel nepote legitimo per rescriptum Principis, qui licet sit legitimus & naturalis, non est in linea recta ad exclusionem aliorum, qui habent jus quaesitum, dict. part. 1. cap. 6. num. 77. p. 64.

Descendens, etiam si sit naturalis, praefertur ascendenti, ex leg. 27. *Tauri*, p. 1. cap. 6. num. 187. p. 73.

Descendens ex fratre majori praefertur ante majoratus institutionem, praefertur debet ejus patruo nato post ejusdem majoratus institutionem, p. 1. c. 6. n. 287. 288. & 289. p. 81

Descendens per lineam masculinam est ille, qui est in parte lineae, sed filia ex masculo primogenito, est in parte lineae masculinae, ergo, p. 1. c. 6. n. 333. & 334. p. 86

Descendentes si praetendant omnes descendere ex fratre majori aetate, & nullus eorum probet, tunc succedere

Index Rerum

- succedere debet major ætate , & quando æquales sunt in ætate , recurrendum est ad gradum , & ultimò ad sexum ; & quando æquales sunt in ætate , gradu , & sexu , sorte dirimi debet difficultas , p.8. c.5. à n.62. usque ad finem. p.357
- Deus.*
- Deus est ens maximè unum ; ideo maximum bonum , & perfectissimum entium , p. 1. cap.7. num.9. p. 91.**
- Deus noster apposuit Adamo conditionem , & gravamen sub pœna privationis majoratus Paradisi , in recognitionem Dei dominii. & ejus memoriã in perpetuum , & ob virtutem obedientiæ , p.3. c.1. n.22. p. 160**
- Et ejus exemplo faciunt idem majoratus institutores , n.23. ibid.**
- Deus Dominus noster ob contraventionem Adami privat eum à successione , & possessione primi majoratus Paradisi , p.3. c.1. n.29. p. 161**
- Ad cujus exemplum privantur etiam majoratus successores non servantes conditiones , & præcepta institutorum , n.30. ibid.**
- Et sequens in gradu succedit , n.31. ibid.**
- Deus Dominus noster ob contraventionem , & transgressionem præcepti formavit judicium , & super eo tulit sententiam , p.3. c.1. n.50. p.163**
- Deus Dominus noster concessit atque instituit majoratum Paradisi , & suam divinam gratiam posuit in capite morali Adami , non solùm sibi , sed ejus descendentes sub illa conditione non contraveniendi suo præcepto , p.3. c.1. n.58.**
- Ideo per ejus contraventionem fuimus exclusi descendentes , p.3. c.1. n.59. p. 164**
- Dialectica.*
- Dialectica nos vera à falsis dijudicare docet , pag.1. c.10. n.1. p. 106**
- Dialectica , quid sit , & ejus diffinitio , p.1. c.10. n.2. ibid.**
- Dictio.*
- Dictio , SI , importat conditionem , p.8. c.8. n.4.**
- De Dictione , ET , vide supra verb. Copulativa.**
- Dies.*
- Dies , an incipiat à Solis ortu usque ad occasum , & nox à recessu Solis usque ad ortum ? tres opiniones referuntur , p.1. cap.1. à num.7. usque ad num.9. p.123.**
- Differentia.*
- Differentia versatur inter actiones , seu remedia contraria ; & actiones , seu remedia diversa , p.6. c.2. n.20. & 21. Et redditur ratio , n.22. p.268**
- Dignitas.*
- Dignitas , vel nobilitas à filio ascendit ad patrem , p.1. c.6. n.199. p.74**
- Dignitas , Ducatus , vel Marchionatus , vel Comitatus , utrùm concurrere possit cum majoratu , quando prohibitus est per dispositionem hominis concursus unius cum alio majoratu , p.4. c.4. n.1. Referuntur DD. qui hanc quæstionem movent , à n.2. usque ad 6. p.209**
- Dignitas , seu munus , aut officium Ducatus , seu Comitatus non est primogenitum , cum aliter definiatur quàm talis dignitas : ideo prohibitus concursus de uno cum alio majoratu , non censetur prohibitus concursus cum dignitate , p.4. c.4. n.14. & 15. p. 210**
- Et p.8. c.3. à n.20. usque ad 24. p.347**
- Dignitas , Ducatus , Marchionatus , vel Comitatus , si simpliciter à Principe concedatur , non censetur concessa in perpetuum , nec jure primogenituræ , p.4. c.4. n.19. p. 211**
- Dignitas Cardinalatus cum Episcopatu non est incompatibilis , sicut duo beneficia , quæ de jure Canonico sunt incompatibilia , p.4. c.4. n.21. p. 211**
- Dignitas Cardinalatus cum Episcopatu , vel aliis beneficiis curam animarum habentibus , quòd sit incompatibilis , est verior opinio , n.26. p. 111**
- Dignitas Ducatus , Marchionatus , vel Comitatus , est transitoria ad hæredes jure perpetuo majoratus , maximè quando conceditur cum aliquo oppido , vel castro , p.4. c.4. n.22. p. 211**
- Dignitas Baronix , licet inferior æquiparatur dignitati Ducatus , Marchionatus , vel Comitatus ; & idem jus & distinctio tradita in hac 4. part. cap.4. à num.27. usque ad num.31. in eis observari debet , ibid. n.32. & 33. p.212**
- Dignitates Ducatus , Marchionatus , vel Comitatus , non comprehenduntur appellatione Majoratus , & tanquam bona libera possunt dividi quoad æstimationem , sicuti Militia , & Jurisdictio , seu Feudum vendibile , p.8. c.3. n.21. p. 146**
- Limita nisi oppidum , seu territorium cum tali dignitate concessum fuerit in perpetuum ; & redditur ratio , ibid. n.22. p. 146**
- Dignum.*
- Dignum magis separatum , quando non apparet de majori potentia , non attrahit ad se aliud minus dignum , p.2. c.3. n.58. p. 141**
- Diminutio.*
- Diminutio bonorum producit diminutionem existimationis , & honoris familiæ , p.3. c.5. num.13. p. 189.**
- Dispensatio.*
- Dispensatio ad obtinenda duo beneficia incompatibilia , non habet locum in beneficiis jam antea obtentis , nisi de eis in dispensatione facta fuerit mentio , p.2. c.2. n.45. p.134**
- Dispensatio ad obtinenda duo beneficia incompatibilia , semper intelligitur de duobus primis ; & assequendo tertium , vacant duo priora beneficia , p.7. c.4. n.38. p. 300**
- Vide amplius , verb. Princeps.**
- Dispositio.*
- Dispositio loquens de uno non debet extendi ad plures , p.1. c.7. n.50. p. 95**
- Dispositio facta in casu simplici non debet extendi id casum mixtum , p.2. c.3. n.24. p. 138**
- Dispositio hominis provenit ex jure gentium , quæ pro lege dum non sit contra legem , observari debet , p.4. c.1. n.2. p. 195**
- Dispositio hominis prohibentis concursum duorum , pluriumvè majoratum , tanquam incompatibilium , utrùm sit odiosa , vel favorabilis ? quæstio est disputanda ex jure Gentium , p.4. c.2. num.1. p. 202.**
- Dispositio hominis , quæ prohibet Petrum , vel alium nomine proprio vocatum , habere alium majoratum , utrùm censetur personalis , vel extendi debeat ad Petri substitutos ? p.4. c.2. n.2. p.202**
- Et quid si talis prohibitio sit apposita in uno gradu , vel in una linea , an extendi debeat ad alios , n.3. ibid.**
- Arduæ sunt quæstiones , & cum ab utraque parte plures urgeant rationes , ex professo examinantur , n.4. & seqq. p. 202**
- Dispositio hominis prohibentis concursum de uno cum alio , aliisvè majoratibus , quòd censeri debeat personalis , & tanquam exorbitans à juris regulis , restringenda , & ad alios non extendenda , defendunt**

& Verborum.

- fendunt multi Doctores, & maximè Consulentes super successione in Baronia de Espes, & Comitatu de Sastago, p.4. c.2. n.16. p. 203
- Dispositiones hominum non tollunt provisionem legis jam factam, seu natam; sed tantum faciendam, & nascituram, p.5. c.6. n.112. p.259
- Dispositiones hominum multoties continent contrarietates, & perplexitates, seu condiciones incompatibiles, quæ concordari non possunt, & sic aliter se habent quàm dispositiones legum, p.4. c.5. num. 2. p. 213
- Dispositiones hominum per testamenta, & ultima elogia sunt de jure gentium, quia eo ipso quod gentes esse cœperunt, de bonis suis ad libitum disposuerunt, p.8. c.10. n.3.
- Disponentes non aliud in essentia dicuntur voluisse, quàm quod literarum sonat figura, p.8. c.2. n.22. p. 338.
- Dispositio legis, vel hominis, providens alicui de quota bonorum integrè habenda; dicendum est voluisse institutorem, ut si bona illa deficient, ex aliis bonis suppleatur, pag 5. cap.6. num.125. p. 260.
- Licet perierint casu fortuito, n.126. ibid.
- Dispositio novæ legis semper intelligi debet, ut minus lædat jus commune, vel municipale, p.7. c.6. num. 24. p. 321
- Dispositiu legis si fundetur in aliqua qualitate, ante omnia debet constare de illa, nunquam habet locum in alio casu, in quo non verificatur illa qualitas, p.8. c.3. n.30. p. 347
- Dispositio legis generaliter non trahitur ad casum hominis specialem, p.8. c.7. n.12. p. 63
- Dispositum in primo filio, vel filia unica, censei debet dispositum in nepote: cum eadem sit ratio dispositionis legalis, p.8. c.8. n.8. p. 65
- Dispositio *capitis 1. de natura successionis feudi*, quòd procedat in successione majoratus, tenent quamplurimi Doctores, p.1. c.6. n.191. p. 73
- Et quòd ejus dispositio sit contra jus commune, num.202. p. 74
- Dispositio *Clementina, Gratia, de Rescriptis*, an habeat locum in materia majoratus, p.7. c.4. à n.39. usque ad finem. p. 300
- Dispositio *legis 12. tit. fin. parita 7.* est specialis, ideo non venit in consideratione, part.5. c.4. n.19. p. 238.
- Dispositio *legis 7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, de jure nostro Regio continet verè, & propriè materiam incompatibilitatis duorum majoratum, quorum unus sit *de dos quentos de renta* quando junguntur causâ matrimonii, p.8. c.1. n.11. p. 327
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopil.* an habeat locum, non præcedentibus capitulationibus matrimonialibus, in quibus de succedendo quilibet conjugum in suo majoratu spem haberet, & contrahant absque possessione majoratum, & postea contracto matrimonio deferatur eis successio? Resolvitur quòd habeat locum, maximè, si habeat spem indubitabilem & invariabilem succedendi quilibet eorum in suo majoratu; quia tunc jam per viam matrimonii duo hi majoratus junguntur, licèt à principio non possiderent, p.8. c.2. à n.3. usque ad 10. p. 336
- Dispositio *legis 7. tit.7. lib.5. Recopilat.* habet locum, etiamsi matrimonium sit quidem contractum per verba de præsentis, sed sine relatione, & aliis benedictionibus Ecclesiæ, p.8. c.2. à n.68. usque ad 71. p. 342
- Roxas de Incompatibilitate.*
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, habet locum, etiamsi matrimonium sit nullum, seu putativum, si conjuges, seu alter eorum contraxerit à principio cum bona fide, quia tunc succedunt filii in majoratibus, tanquam si essent ex matrimonio valido, p.8. c.2. à num.72. usque ad 75. p. 343
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, etiam habet locum, si filii sint naturales, & capaces succedendi in dictis majoratibus incompatibilibus, & non procedant ex matrimonio, sed ex parentum concubinato, part.8. cap.2. à num.76. usque ad fin. ibid.
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, in dictis verbis, *Dos casas de mayorazgos*, intelligi debet de duobus majoratibus diversæ familiæ & demonstratur exemplis tam de familiis Hispaniarum, quàm Italianarum, & aliarum Nationum, p.8. c.3. n.1. p. 344
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, in dictis verbis, *Dos casas de mayorazgos*, intelligi debet tam de majoratibus agnationis, quàm de majoratibus regularibus, ubi comprehenduntur agnati & cognati, & cæteri ex familia institutoris, p.8. c.3. n.4. p. 345
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilationis*, an habeat locum, si majoratus aggregatus sit alteri principali, qui habeat *dos quentos de renta*, & an ambo censeantur unus, duove majoratus? resolvitur cum distinctionibus traditis ab additionat. ad D. Molin. & aliis Doctores, ibid. n.9. usque ad 12. p. 345
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopil.* an habeat locum, quando ex parte viri, vel uxoris, concurrant duo, vel tres, vel plures majoratus, quorum quilibet non habeat *dos quentos de renta*, atamen duo, tres, vel plures eam summam excedant: Et resolvitur, pro parte affirmativa, & dantur rationes decidendi, & comprobantur concludenter, p.8. c.4. à n.13. usque ad 17. p. 346
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopil.* an habeat locum, quando ex præambulo matrimonio concurrunt tres, vel quatuor majoratus, quorum quilibet habeat *dos quentos de renta*, & conjuges habeant filios, non solum primogenitum, sed etiam secundo, & tertio genitum, vel plures nepotes: vel an electo uno eorum ex tribus, vel quatuor majoratibus à primogenito, possit eadem ratione, & jure, secundogenitus eligere alterum ex duobus, vel tribus, & in alio, vel aliis succedant eodem ordine cæteri filii, seu vocati per *dictam leg.7.* p.8. c.3. n.18. & 19. p. 346
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat.* habet locum, quando concurrunt ex una parte majoratus, & ex altera dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, si concessi fuerint in perpetuum titulo Majoratus, n.20. usque ad 25. ibid.
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recop.* non habet locum si concurrant ex una parte majoratus, & ex altera feudum; quia feudum non est majoratus; Secus autem si sit concessum jure majoratus, ibid. n.26. p. 347.
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recop.* in illis verbis, *Dos casas de mayorazgos*, non solum intelligi debet de majoratibus institutis ex Regia facultate, sed de majoratibus, Vinculis, Patronatibus, & Anniversariis perpetuis, cum clausulis inducentibus majoratum, & de aliis absque facultate Regia institutis, à n.27. usque ad finem. ibid.
- Dispositio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat.* in illis verbis: K k Que

Index Rerum

Quo sea la una de ellas de dos quentos de renta, e dende arriba que los dos quentos hazen Reales 58823. y 18. maravedis, y reducidos à Ducados sin su maravedi, montan 5347. Ducados y medio: y un Real, y un maravedi, traditur, p.8. c.4. n.2. p.348.

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. an habeat locum, si unus ex majoratibus in redditu, seu fructibus non ascendat à dos quentos de renta? Resolvitur contra DD. Joannem à Castillo, & Robles à Salcedo, quòd non habeat locum in dispositione legis, secùs in dispositione hominis ex præsumpta ejus voluntate, quod fundatur, p.8. c.4. à n.2. usque ad 7. ibid.

Dispositio legis nostræ Imperialis, in illis verbis, *Que en las dichas dos casas asi juntas por casamiento, podria suceder*: non loquitur de omni filio majori, sed de illo tantùm, qui possit succedere, p.8. c.5. num.1. & 2. pag.351

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. in illis verbis: *1 el hijo, o hija, segundo suceda en el otro mayorazgo*: explicatur ad recognoscendum quis debeat esse iste filius, vel filia secunda, & ad alias quæstiones, p.8. c.7. à n.1. p.362

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. an habeat locum in majoratibus incompatilibus ex dispositione hominis, ibid. à n.11. usque ad 13. ibid.

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. ibi: *Si non sit nisi unicus filius, vel filia, tunc succedat in duobus majoratibus incompatilibus pro tempore vite sue*: an habeat locum si non sit nisi unus nepos, vel neptis? Et resolvitur quòd sic, p.8. c.8. n.1. usque ad 13. p.366

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopil. an habeat locum quando concurrat filius unicus legitimus, & naturalis, & filius naturalis tantùm, uterinus, vel consanguineus, qui possit succedere in uno duorum majoratum, de quibus ipsa lex 7. Resolvitur quòd sic, n.14. ibid.

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. in illis verbis: *Si no huviere mas de un hijo, o una hija*, an habeat locum in dispositione hominis, quando ab eo non cautum fuit, sed omissus est casus de non habendo nisi unicum filium, vel filiam? Et an pro tempore vite suæ possit retinere duos majoratus incompatibiles per dispositionem hominis? Et resolvitur quòd possit retinere eos, ibid. à num.15. usque ad finem. ibid.

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. dum dicit: *De manera que dos mayorazgos siendo como diximos el uno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba no concurren en una persona, ni los pueda uno tener, ni posseer, sino como dicho es*, an habeat locum in vinculis, patronatibus, & anniversariis perpetuis? Resolvitur quòd sic; quia comprehenduntur sub verbo majoratus, p.8. c.9. à nu.1. p.366.

Idem de feudis, & Commendis Indorum, ibid. usque ad n.5. ibid.

Dispositio leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat. in illis verbis *No los pueda uno tener, o posseer*, an habeat locum in marito, tutore, vel curatore, administratore, vel consanguineo absentis, qui habeat majoratum incompatibilem cum alio? Resolvitur remissivè, à num.6. usque ad finem.

Dissonantia.

Dissonantia quæ sit? Et unde quòd incompatibilis

est cum Musicæ scientia, part.1. cap.7. nu.2. p.92.

Diversa.

Diversa, & non incompatibilia, an concurrere possint? Magna est difficultas: ideo Doctores in duas opiniones sunt divisi: alteram affirmativam, & alteram negativam, quæ referuntur, p.6. cap.2. n.16. & 17.

Et resolvitur, n.18.

p.267

Et Differentia inter earum actiones traditur, n.10. usque ad 22.

p.268

Divus.

Divus Ambrosius, & alii Sancti, in eodem instanti temporis in duobus locis magno intervallo distantibus apparuerunt miraculosè, p.2. c.1. à n.34. usque ad 36.

p.125

Divus Hermenegildus. Vide verb. *Rex*.

Doctor.

Doctor promittens legere duobus annis proximis futuris, si ex aliqua causa non legerit, & tempus præterierit, non tenetur legere aliis duobus, p.2. c.2. num.20.

p.132

Domicilium.

Domiciliarius in una civitate, si ab ea eximatur vicus ubi habitabat, an remaneat in alio mutato foro & domicilio, p.7. c.2. n.4.

p.291

Dominium.

Dominium patris continuatur in filium absque nova investitura, & possessione, non solum in bonis liberis, sed etiam in gravatis atque feudalibus, p.4. c.3. n.27.

p.208

Dominium non debet esse dembulatorium, & ad tempus, p.5. c.2. n.30.

p.227

Dominium quòd possit esse ambulatorium, & ad tempus, est magis verum, p.5. c.2. n.53.

p.229

Dominus.

Dom. Franciscus de la Queba Advocatus laudatur, p.3. c.12. n.27.

p.115

Dom. D. Joannes Perez de Lara Senator Regius Illiberitanus laudatur.

ibid.

Dom. Joannes à Herrera Pareja Advocatus laudatur, p.4. c.1. n.95.

p.200

Dom. D. Marcellinus Faria, & Guzman Consul Granatensis, laudatur, p.7. c.2. n.19. & 20.

p.293

Dos.

Dotalia bona, sive æstimata, sive non æstimata, non relevant ab oneribus municipalibus, nec profunt maritis ad honores assequendos in Republ. p.4. c.3. n.17.

p.207

Ducatus & Dux.

Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & quædam Dignitas ratione muneris, & Officii præeminentis: & quid sit Dux, & unde dicatur, p.4. c.4. n.7. & 8.

p.210

Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus sunt propriè dignitates Regales: primogenium autem non est talis dignitas, nec ex sua natura habet aliquid dignitatis, ibid. à n.16. usque ad 18.

p.211

Vide amplius verb. *Dignitas*, & de Severino Magno, Duce Carthaginensi, *litera S*.

E

Ecclesia.

Ecclesias duas potest quis obtinere, quarum una dependeat ab alia, p.7. c.1. n.7.

p.285

Ecclesias

& Verborum.

Ecclesias duas potest quis obtinere si ita fuerint tenues in substantia, quod duos Sacerdotes alere non possint, p.7.c.1.n.8. ibid.

Et idem propter penuriam, inopiam clericorum, n. 9. ibid.

Ecclesias duas potest quis obtinere, quarum altera sit intitulata, altera in Commendam data, num. 10. p. 285.

Quod intellige de Commenda temporali, non autem perpetua, num. 11. ibid.

Et quid de beneficiis, ibid. usque ad num. 17. p. 285.

Ecclesias duas potest quis habere per dispensationem Summi Pontificis, n. 18. p. 286.

Ecclesiæ Romanæ acquiritur dominium mobile, quæ usu non consumuntur, quorum usus necessarius est Fratibus Minoris Ordinis Divi Francisci, reservato solo usu ipsis Fratibus, p.7.c.5.n.6.

Et refertur casus notabilis, n. 7. p. 205.

Electio.

Electioem quis debet facere de uno ex duobus Regnis seu majoratibus incompatilibus, & sic eligere melius, sicut D. Hermenegildus elegit, in princ. n. 75. p. 10.

Electio erit inofficiosa, si pater qui habet facultatem eligendi successorem non eligat ex filiis, p.1.c.6.num.364. p. 89.

Limita quoad filios naturales, n. 365. ibid.

Electa una via inutilis non tollit aliam utilem, p. 5. c.6. n.88. p. 256.

Electio unius viæ, aut actionis contrariæ, inducit renunciationem alterius, p.6.c.1.n.7. p. 262.

Electioe unius ex remediis contrariis, & incompatilibus cætera tolluntur, part. 6. cap.1. num.8. ibid.

Electa una ex actionibus sibi contrariis, seu incompatilibus, consumitur alia, part.6. cap.2.num.7. p. 266.

Electioe unius ex contrariis, alterius sibi auditum eligens præcludit, n.8. ibid.

Electioe unius ex duobus incompatilibus majoratibus consumitur electio alterius, ideoque non datur regressus ad alium, n. 13. ibid.

Et p.7. c.4. à n.40. p. 301.

Quod extende, ut in d.p.6.c.2.n.14. p. 267.

Eligens unum ex incompatilibus, non valet pœnitere ad hoc ut possit ad aliud redire, etiam ante litis contestationem, p.6.c.2.n.19. ibid.

Eligens unum remedium ex contrariis seu incompatilibus, si satisfactionem consequi non possit, potest redire ad aliud, n.23. p. 268.

Electioe gravem & latam materiam continet *lex 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* in illis verbis: *El hijo mayor que en las dichas dos casas assi juntas por casamiento podia suceder, suceda tan solamente en uno de los talos mayorazgos en el mayor, y mas principal, que ob quisiere escojer,* part.8. cap.6. n.1, p. 358.

Eligere an possit filius major ante tempus delatæ successionis? Resolvitur quod non, sed tempore, quo delata est successio, ibidem, num. 2. & 3. p. 358.

Eligere filius major intra quod tempus debeat? non declarat. *dict. lex 7.* Sed in hoc casu resolvitur quod debet eligere post monitionem, & requisitus, dato tempore ad id, jussu Judicis, ut intra illud deliberet, & eligat, p.8. cap.6. à n.4. usque ad 11. ibid.

Et quid si eligere nolit intra tempus ei per Judicem

Roxas de Incompatibilitate.

assignatum? Resolvitur cum distinctionibus traditis in *l. mancipiorum 6. ff. de optioe legata*, n.12. & 13. p. 359.

Electio in *l.7.tit.7. lib. 5. Recopil.* non est libera, & absoluta, sed coarctata ad arbitrium boni viri. Ideo primogenitus non potest eligere majoratum minorem in reditu, sed majorem, & magis principalem, cum aliter redundet in præjudicium aliorum successorum, ibid. à num. 14. usque ad 17. p. 359.

Eligentem non posse variare, traditur eum limitationibus, remissivè, n. 20. p. 390.

Eligere non valet majoratum unum ex incompatilibus, minor, etiam adultus, furiosus, mente captus, atque demens, nisi habeant tutorem, vel curatorem, & cum autoritate Judicis, ibid. à n.21. usque ad 25. p. 360.

Episcopus.

Episcopus Arrianus missus ad Hermenegildum erat in magna dissonantia apud Deum, & nostram S. Matrem Ecclesiam; ideo Hermenegildus eum repulit, p.1.c.7. n.15. p. 92.

Æqualitas.

Æquale quod est de jure si addatur, vel minuatur, inæquale erit, p.1.c.6. n.5. p. 57.

Idem de falso tutore, testamento, stipulatione, sententia, electione, cessione, venditione, vel alienatione, n. 6. ibid.

Eques.

De Equitibus Ordinum militarium; vide verb. *Ordo.*

Error.

Error in Grammatica vitiat rescriptum, & non vitiat testamentum, seu aliud instrumentum, part. 1. c.13. n. 7. p. 119.

Qui error potest opponi in via executiva contra rescriptum, n. 8. p. 119.

Esau.

Esau, & Jacob, non uno impetu, sed unus post alium, editi fuerunt ex utero Rebeccæ, p.2. cap.5. n. 3. p. 148.

Similiter Phares, & Zara, n. 4. p. 149.

Essentia.

Essentia una, eademque substantia, ac æqualitas talis est in Filio, qualis in Deo Patre, & qui contrarium asseruit, sicut Arrius, hæreticus fuit, in princ. num. 18. p. 5.

Ætas.

Ætas, & primogenitura, est personalissima, quæ cum morte primogeniti expirat, p.1.c.6.n.156. p. 70.

Etymologia.

Etymologia propriè, rei, de qua agitur, proprietatem ostendit, p.1.c.1.n.16. p. 13.

Eviçtio.

Eviçtionis materiam. Vide verb. *Regula.*

Exclusio.

Exclusio à successione per contraventionem, est distincta ab exclusione, per odium, vel offensam, p.1.c.2.n.59. p. 29.

Exclusio patris ex eo quod succedat in majoratu incompatibilium cum alio, an censetur realis, vel personalis? Vide remissivè, part. 3. cap. 1. n. 34. p. 168.

Exclusio à successione nisi expressa sit de certa persona, gradu, vel linea, non præcedit, cum censetur odiosa, p.4.c.2.n.8. p. 102.

K x 2 Exclusio

Index Rerum,

Excluso aliquo ex eo quod ex sanguine maculato ducat originem, vel quod cum muliere impuri sanguinis matrimonium contraxit, censentur quoque ejus descendentes in perpetuum exclusi, etiam si ex alia parte in eis concurrat alia linea ex vocatis successibilis, secus in dubio, vel si exclusio sit ex causa odii, p. 4. c. 6. n. 51. & 52. p. 220.

Excluso patre à successione majoratus, exclusi censeri debent etiam ejus filii; maximè quando versatur alterius vocatio, p. 7. c. 6. n. 11. p. 320.

Exemplum.

Exemplis res magnas lucidè ostendi dixit Plato, p. 4. c. 6. n. 2. p. 217.

Exemptio.

Exemptiones populorum, vel vicorum à civitatibus, vel oppidis, his nostris temporibus dantur quamplurimæ, unde præbent ansam dubitandi an qui erat domiciliarius in una civitate si ab ea exemptus sit populus, vel vicus, in quo habitabat, remaneat in alio mutato foro, & domicilio, p. 7. c. 2. num. 4. p. 291.

Extremum.

Extremum à quo, & extremum ad quod, possunt conjungi, quando medium non est corruptum, nec totaliter destructum, sed tantummodo impeditum, aut suspensum, p. 1. c. 4. n. 67. p. 44.

F

Factum.

Factum proprium impugnari non valet, p. 5. c. 6. num. 6. p. 248.

Facto proprio contravenire quis potest, quando prohibitio alienationis lex inducit expressè in ejus favorem, vel alterius, vel in favorem publicum, quia tunc non suo, sed alieno nomine agit, p. 5. cap. 6. num. 10. p. 249.

Facto proprio contravenire potest pater legitimus administrator bonorum filii, Prælatus, Maritus, Tutor, vel Curator, vel quilibet alius, qui non proprio, sed alieno nomine agat, p. 5. cap. 6. num. 11. ibid.

Facto primo contravenire quis potest quando lex prohibet alienationem, n. 16. p. 249.

Facto proprio contravenire quis potest, quando prohibitio alienationis facta est in favorem publicum per legem, cui hæres non valet renunciare, p. 5. c. 6. n. 17. ibid.

Facto proprio contraveniri potest, quando prohibitio facta fuit per contractum, n. 18. ibid.

Faciens per alium dicitur propriè facere per seipsum, ubi agitur de acquirendo, p. 6. c. 4. n. 79. p. 281.

Facultas.

Facultatem qui habet liberam eligendi, seu nominandi successorem in majoratu, non potest eligere odiosum institutori, vel inimicum, vel ejus gravem offensorem, p. 1. c. 2. n. 45. p. 27.

Facultas eligendi, an censeri debeat realis, vel personalis? Vide remissivè, p. 1. c. 6. n. 370. p. 89.

Facultas eligendi unum ex filiis in hæreditate fideicommissaria ad nepotes non extenditur, p. 8. c. 8. num. 7. p. 365.

Et alia circa habentes facultatem eligendi successores ad majoratus, vide verb. *Commissarius.*

Facultas Regia.

Facultas Regia ad instituendum majoratum, non confirmat majoratum jam institutum ex l. 42.

Tauri, p. 2. c. 2. n. 40. p. 134.

Limita nisi id expressè concedat, vel nisi con-

cessio de futuro, respiciat etiam majoratum constitutum, n. 41. ibid.

Idem de lege, vel statuto. ibid.

Facultas Regia concessa ad alienandam rem majoratus, ut ex ejus pretio alia res specialiter designata in facultate emeretur; si res empta evincatur, poterit successor majoratus ad rem venditam redire & eam vindicare, p. 5. c. 6. à n. 84. usque ad num. 86. p. 255.

Facultas Regia facilè concedenda est ad obtinenda duo primogenia, quæ residentiam in diversis locis requirant quando non longè distant ab invicem, & sunt sufficientia singula ad congruam sustentationem, p. 7. c. 2. n. 10. p. 290.

Vel si gravata esset mulier, quæ cum viro contraxisset extra territorium; quæ etiam si non resideat in loco sibi assignato, non debet privari majoratu ex eo quod in illo certo loco non habitet, quia tenetur sequi virum, ibid. n. 12. p. 290.

Vel quando ex causa superveniente in eo loco habitare non potest, n. 13. ibid.

Facultatem Regiam an Princeps concedere debeat ad hoc ut duos majoratus incompatibiles unus possidere possit? Vide verb. *Princeps.*

Familia.

Familiæ decus, honor, seu honestas, per bonorum abundantiam conservatur, p. 3. c. 5. n. 12. p. 189.

Et per indigentiam diminuitur, n. 13. ibid.

De Familia successoris in majoratu, qui sint? Vide p. 8. c. 1. n. 14. p. 328.

Famulus.

Famulus transacto tempore, quo conductus fuit, ut servitium præstaret, si non præstiterit ex eo quod infirmitate, vel alio impedimento detinebatur, paratus sit servire alio tanto tempore, ut mercedem integram habeat, non auditur, p. 2. c. 2. num. 17. p. 131.

Vide verb. *Servientes.*

Fœmina.

Fœmina, filia ultimi possessoris contra fœminam ex linea anteriori debet obtinere in judicio possessorio, p. 1. c. 6. n. 151. p. 70.

Limitatur, & declaratur, n. 152. ibid.

Fœmina, quæ immediatè provenit à masculis, an contineatur sub vocatione, *Succedant per lineam masculinam*, p. 1. c. 6. n. 328. p. 85.

Et declaratur exemplo, n. 329. ibid.

Fœmina licet sit ex linea masculina, sub ipsa tamen linea non continetur, p. 1. c. 6. n. 338. p. 86.

Fœmina filia primogeniti, ubi adsunt vocati per lineam masculinam, non præfertur, si majoratus sit agnationis; Aliter, si sit regularis, p. 1. cap. 6. num. 340. p. 87.

Redditur ratio, n. 341. ibid.

Et referuntur plurimi Doctores approbantes hanc distinctionem, n. 342. & 344. ibid.

Fœmina ex masculo primogenito, quod sit de linea masculina, constituitur pro regula, part. 1. cap. 6. n. 343. p. 87.

Et limitatur in majoratu agnationis, n. 344. ibid.

Fœmina filia accipientis, quando vocati sunt ascendentes per lineam masculinam, non est descendens per masculinam lineam, p. 1. c. 6. n. 345. p. 87.

Fœmina existente in eodem gradu cum masculo redigitur ad instar secundi gradus, p. 1. c. 8. num. 53. p. 103.

Limita, si majoratus sit agnationis, seu irregularis, n. 54. ibid.

Fœmina

& Verborum.

Fœmina, quamvis sit primogenita respectu masculi ejusdem lineæ, & gradus, & ad instar secundi gradus ad succedendum in majoratu, p. 3. c. 4. n. 6. p. 181.

Fœmina etiam in majoratibus agnationis, vel simplicis masculinitatis, succedit ad instar virorum, & per suum ordinem, si omnes tam agnati, vel cognati de familia deficient, p. 3. c. 4. n. 7. p. 181. Ne memoria institutoris pereat, sed conservetur in fœminis saltem quæ supersunt ex ejus familia, n. 8. ibid

Comprobat, n. 9. p. 182.

Fœmina in majoratibus agnationis, vel simplicis masculinitatis, succedebat de jure Divino, per text. *Numer. cap. 26. & 27.* Si deficiebant omnes masculi ex illa Tribu, vel familia, part. 3. c. 4. n. 10. & 11. ibid.

Fœminæ licet non sint vocatæ, non censentur exclusæ: ut probatur *Numer. cap. 27.* & quod ad instar hujus de Jure Divino decisionis idem in majoratibus Hispaniæ decisum est, & observatum, n. 12. 13. & 14. ibid.

Fœmina potioris lineæ, & gradus, præferri debet masculo ex fœmina inferioris lineæ in majoratu agnationis, quando defecerunt omnes agnati, & succedunt in eo tanquam in majoratu regulari. Quod decisum est tam ex Jure Divino *ex cap. 26. & 27. Numer.* quàm de jure nostro Regio. n. 19. p. 183.

Fœmina ex familia agnati ultimi possessoris, quod debeat succedere in majoratu agnationis quando omnes defecerunt agnati, & non fœmina ex linea anteriori, tenent ac defendunt plurimi Doctores, n. 22. ibid

Et jura, & rationes opinionis eorum referuntur, à n. 23. usque ad 34. ibid.

Fœmina semel exclusa à masculo semper remanet exclusa n. 25. ibid

Fœmina de Jure Divino deficientibus masculis succedebat sub conditione nubendi cum Viro consanguineo ex sua Tribu, seu familia paterna: & traditur ratio, p. 3. c. 5. n. 1. & 6. p. 188.

Ubi refertur ad literam autoritas Patris Marquez *in tract. de el Gobernador Christiano.*

Fœminæ licet sint incapaces ad usum, & exercitium officiorum Decurionatus, Tabellionatus, Rectoriæ, & alterius publici muneris, non tamen sunt incapaces successionis eorum, p. 6. c. 4. n. 68. & 69. p. 280.

De Fœmina vocata in exclusionem masculorum.

Vide verbo *Vocatio.* & alias quæstiones, verbo *Filius.*

Feudum.

Feudum, quod non revertatur ad refutantem, sed quod transeat ad tertium agnatum, probat textus *in §. unico, de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno,* p. 1. c. 8. n. 21. p. 100.

Feudum, quod filius retinere non potest ob culpam patris, potest retineri ex persona Avi, p. 4. c. 6. n. 42. p. 219.

Feudum devolutum ad secundogenitum, eo quod primogenitus illo tempore non erat capax, quia erat rebellis, vel habebat aliud impedimentum, si postea primogenitus restitutus sit, non recuperat feudum semel amissum, part. 5. cap. 6. num. 102. p. 257.

Et declaratur, n. 110. p. 258.

Feuda, an incompatibilia sint apud Regulares Clericos, Religiosos, Monachos, & Moniales, vide *Roxas de Incompatibilitate.*

remissivè, p. 7. c. 5. num. 103. p. 316.

Feudum non comprehenditur appellatione *Majoratus* si jure majoratus non concedatur, quia in multis differunt, p. 8. c. 3. n. 25. & 26. p. 347.

Fictio.

Fictio fundari non potest super impossibili, seu incompatibili: quod ibidem declaratur, part. 5. c. 2. num. 12. p. 226.

Fideicommissum.

Fideicommissum universale relinqui non valet fratribus Ordinis Minorum eo quod succedit loco hæreditatis, p. 7. c. 5. num. 24. p. 306.

Fides.

Fides Catholica simpliciter est medium necessarium ad gratiam, seu successionem Regni Cœlestis, part. 1. cap. 2. num. 28. p. 25.

Filius, & Filia.

Filius tenetur obedire patri suo sub pœna peccati, in principio, n. 58. p. 8.

Filius est hæres necessarius patris, ideo non privatur ipso jure propter ingratitude, p. 1. c. 2. num. 90. p. 31.

Filius non recipit liberalitatem à testatore, cum ipsi debeatur legitima, n. 91. ibid.

Filius major nativitate attamen posterior in legitimitate, & filius prior in legitimitate attamen posterior nativitate, si concurrant ad successionem majoratus, quis eorum præferri debeat, p. 1. cap. 4. num. 5. p. 38.

Filius prius legitimus, licet posterior natus, præoccupat lineam primogenituræ, & jus sibi quærit invariabile, n. 9. ibid.

Filius prior in legitimatione, licet posterior in nativitate, quod præferri debeat alteri priori in nativitate, & posteriori in legitimatione, tenent, & defendunt quamplurimi Doctores, n. 17. p. 39.

Filius legitimus, & legitimatus, non nisi post mortem patris præoccupant lineam primogenituræ, p. 1. c. 4. n. 49. p. 42.

Filius legitimus & legitimatus, dum pater vivit, stant in potentia succedendi, n. 48. ibid.

Filius prior in nativitate, quamvis posterior in legitimatione, quod præferri debeat filio priori in legitimatione, licet posteriori in nullitate, circa successionem majoratus defenditur, ex autoritate quamplurium Doctorum, n. 51. p. 42.

Filius naturalis, qui postea fuit legitimatus, præoccupavit spem, & potentiam succedendi antequam legitimus, & naturalis deinde nasceretur ex alia matre, n. 55. ibid.

Filiorum species, ac descendentium, proponuntur, p. 1. c. 6. n. 33. & seqq. p. 60.

Filius natus antequam pater assecutus fuisset Principatum, Dignitatem, vel majoratum, an præferri debeat filio secundogenito post adeptum majoratum, Dignitatem, vel Principatum? Doctores qui stant pro secundogenito, & leges quibus nituntur, & referuntur, p. 1. cap. 6. n. 36. 37. 38. 39. 168. & 169. p. 60. & 71.

Filius primò natus ante adeptum Regnum, vel majoratum præfertur secundum aliquos, si consuetudo, vel statutum simpliciter loquatur de primogenito; secus si loquatur de primogenito Regis, Ducis, vel Comitum, aut successoris majoratus, p. 1. c. 6. n. 41. p. 60.

Index Rerum

- Filius primò natus ante adeptum Regnum, vel majoratum, præfertur secundum alios, si adeptus fuit per successionem, & vocationem descendantium; secus si per electionem fuit adeptus, part. 1. cap. 6. n. 41. ibid.
- Filius prior natus ante adeptum Regnum, vel majoratum, quod indistinctè præferatur filio secundo post adeptum Regnum, vel majoratum genito; est verior opinio secundum multorum Doctorum copiam, p. 1. c. 6. n. 42. 43. & 44. p. 61
Et num. 170. & 171. p. 71. 72
- Filii antea, vel postea editi, non ratione dignitatis, sed naturæ ad successionem parentum vocantur, p. 1. c. 6. n. 46. p. 61
- Filius antea, vel postea genitus, ad hoc ut succedat, non interest quod Imperium, Dignitas, vel majoratus quæsitæ sint ratione virtutis, seu proprii meriti, vel ratione proximitatis; utroque enim modo par jus est, n. 47. ibid.
- Filius prior genitus ante adeptum majoratum semper fuit in potentia, seu habitu succedendi in majoratu, vel Regno postea patri quæsitæ, n. 48. ibid.
Et ad intentum Chaldas Pereira alias rationes reddit, n. 49. ibid.
- Filius, vel nepos, primogeniti mortui ante institutionem majoratus, an sit, vel non de linea recta? n. 51. ibid.
- Filius, vel nepos primogeniti mortui ante majoratus institutionem, quod non sit in linea recta, tenent aliqui Regnicolæ, n. 52. ibid.
- Filius, vel nepos primogeniti mortui ante majoratus institutionem, quod sit in linea recta, est verior opinio? n. 53. ibid.
- Filius natus post delatam majoratus successionem, qui si antea natus fuisset tempore delatæ successionis succedere debuisset, an sit in linea recta ad hoc ut habeat regressum ad successionem majoratus? n. 54. ibid.
- Filius de linea recta, attamen natus post delatam successionem majoratus, habet regressum ad successionem, p. 1. c. 6. n. 59. p. 62
Et rationem reddit Dom. D. Antonius Cabrerros, n. 60. & 63. ibid.
- Filius legitimus & naturalis professus in Religione, utrum sit in linea recta ad successionem, remissivè, n. 65. p. 62
- Filius legitimatus per subsequens matrimonium, est in linea recta ad successionem, n. 66. ibid.
- Filius legitimatus per subsequens matrimonium, remanet absque ulla macula, vel impedimento, ac si ab initio conceptionis fuisset legitimi matrimonii, n. 67. p. 63
Et limitationes & ampliaciones remissivè, n. 68. ibid.
- Filius naturalis legitimatus per rescriptum Principis, non est in linea recta ad succedendum nisi deficientibus legitimis, & naturalibus, num. 69. & 70. ibid.
- Filius naturalis tantum, regulariter non est de linea recta ad succedendum in majoratu, part. 1. c. 6. à n. 106. usque ad n. 108. p. 65
- Filius naturalis tantum, cur non sit in linea recta ad succedendum in majoratu. Remissivè, num. 109. p. 66.
- Filius naturalis & legitimus, si descendat ex naturali tantum, non est de linea recta ad succedendum, cum proveniat ex radice infecta, n. 110. ibid.
- Filius naturalis tantum, non succedit in majoratu cum vocatione propinquorum, dum supersint legitimi & naturales, n. 111. p. 66
- Filius naturalis tantum, ubi sunt vocati alii per verba civilia, non succedit in majoratu nisi in defectum legitimorum, n. 112. ibid.
- Filius naturalis tantum, licet institutione sit vocata linea, sine illis, qui sunt de tali linea, non est de linea paterna, n. 113. p. 66
Limitatur, n. 114. ibid.
- Filius naturalis tantum in certo casu non est de linea paterna, n. 115. ibid.
- Filius naturalis ex parte matris, quæ in aliquo majoratu successit, in eo majoratu, cujus institutor fuisset pater, vel alius ascendens, non succedit, n. 116. Et redditur ratio, n. 117. ibid.
- Filius naturalis respectu matris, quæ fuisset institutrix majoratus, succedit in eo tanquam legitimus, p. 1. c. 6. n. 119. p. 67
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu, cujus fuit institutor naturalis tantum, n. 120. ibid.
Quod extende, etiamsi institutor sit in dignitate constitutus, cum magis attendatur qualitas naturalis, quàm accidentalis, n. 121. ibid.
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu, ubi est vocatus is, qui non alios, nisi naturales habeat filios, n. 122. ibid.
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu, ubi primus, qui fuit vocatus, erit naturalis tantum, n. 123. ibid.
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu, ubi institutor naturales honoravit, & de eis mentionem fecit, n. 124. p. 67
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu instituto ex Tertio, & Quinto bonorum, juxta *leg. 27. Tauri*, n. 125. ibid.
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu instituto à patre, vel ascendente, etiam cum facultate Regia non superstitionibus legitimis & naturalibus descendantibus, n. 128. ibid.
Limitatur, n. 127. ibid.
- Ubi in majoratu cum facultate Regia institutor excluderit naturales, quia tunc succedent propinqui collaterales legitimi. ibid. p. 67
- Filius naturalis tantum, succedit in majoratu, seu patronatu, quando deficient legitimi & naturales: & extende etiamsi sit spurius, & non supersint alii ex familia, qui sint legitimi, & naturales, n. 128. ibid.
- Filius naturalis tantum, potest eligi ad majoratus successionem ab eo qui habeat facultatem eligendi, etiam extantibus legitimis, n. 129. p. 68
Redditur ratio, n. 130. ibid.
Quod extende etiam ad spurios, n. 131. ibid.
Declaratur, n. 132. & 133. ibid.
- Filius adoptatus, vel arrogatus, non est de linea recta ad succedendum, licet possit succedere in bonis patris adoptantis, non extantibus filiis naturalibus & legitimis, & contra ejus testamentum venire saltem quoad quartam partem bonorum, in qua instituere debuerat adoptatum, vel arrogatum, n. 134. ibid.
Redditur ratio, n. 135. ibid.
- Filius adoptivus non succedit in feudum, num. 136. ibid.
- Filius adoptivus non succedit in emphyteusim susceptam pro se, & filiis, n. 137. p. 68
- Filius adoptivus non succedit in fideicommissum, n. 138. ibid.
Limitatur, n. 139. ibid.
- Filius

& Verborum.

- Filius spiritualis susceptus ex sacro fonte non est de linea ad succedendum in majoratu, part. 1. cap. 6. n. 140. p. 69.
- Filius spiritualis susceptus ex sacro fonte succedit in majoratu, quando deficiunt omnes de familia, & ultimus possessor fuit pater spiritualis, num. 141. ibid.
- Filius spiritualis ex sacro fonte susceptus, deficientibus agnatis, & cognatis, habet jus accusandi reum homicidam ejus patris spiritualis, p. 1. c. 6. n. 142. p. 69.
- Filius spiritualis ex sacro fonte susceptus, & uxor ultimi possessoris, qui moritur ab intestato sine agnatis vel cognatis, si concurrant ad successionem, præfertur uxor, p. 1. c. 6. n. 143. ibid.
- Filius naturalis cum sit de descendantibus in casu legis 27. Tauri, dicitur ex linea descendantium, quæ obtinet primum locum; deinde lex vocat lineam Ascendentium, & ultimò lineam Transversalium, p. 1. c. 6. n. 212. p. 75.
- Filius quòd præferatur patri in successione majoratus delata per mortem fratris absque descendantibus, tenent graves Doctores: sed eorum opinio limitationes multas patitur, p. 1. c. 6. num. 218. ibid.
- Filius naturalis in casu legis 27. Tauri, an dici possit de linea paterna, vel de linea descendantium, p. 1. c. 6. n. 227. p. 76.
- Declaratur exemplis, n. 228. & 229. ibid.
- Filii quot sunt tot pullulant lineæ, p. 1. c. 6. n. 329. p. 85.
- Filia immediatè à masculo primogenito, est de linea masculina, p. 1. c. 6. n. 331. p. 86.
- Filia ex primogenito, quòd sit de linea vel in linea masculina, tenent quamplurimi Doctores, p. 1. c. 6. n. 336. ibid.
- Alii contra, n. 337. ibid.
- Filia primi vocati, soror Avi materni, præfertur nepti sui Avi materni in majoratu, in quo vocati sunt descendentes per lineam masculinam, p. 1. c. 6. n. 348. p. 88.
- Filius secundo, vel tertio genitus, vocatus sub nomine proprio, si decedat absque liberis, revertitur successio majoratus ad primogenitum; secus si nomine appellativo vocetur, p. 3. c. 8. num. 48. p. 102.
- Filius si in incerto sit propter turbationem sanguinis, ex eo quod mater intra breve tempus cognita sit per duos viros, vel maritos, & exinde remaneat prægnans, in quo eorum majoratu, vel hæreditate, primi, vel secundi viri, seu mariti possit succedere? p. 2. c. 4. n. 10. p. 143.
- Referuntur decem opiniones, & reprobantur, ibid. à n. 11. usque ad n. 23. p. 143. & seq.
- Filius, qui propter turbationem sanguinis incertum habeat patrem, an in majoratu, vel hæreditate primi viri, vel secundi succedere possit, est difficillima quæstio, quam magistraliter, & cum distinctionibus resolvit Bartolus, cujus opinio verior est, & sequenda, part. 2. c. 4. num. 34. & 35. p. 145.
- Filius ex primo, & non ex secundo viro judicandus est genitus, quando probatum fuerit quòd ante mortem primi viri apparuerint, sive demonstrata fuerint aliqua signa prægnantiæ, quæ specificè referuntur, quorum tria vel quatuor concurrere, & probari debent, part. 2. cap. 4. num. 36. & 37. p. 145.
- Filius ex secundo viro, & non ex primo judicandus est genitus, quando primus erat senex, saltem sexaginta annorum, & vir secundus juvenis, vel in ætate virili, & magis aptus ad generandum, p. 2. c. 4. n. 38. & 39. ibid.
- Et è contrario, si vir primus sit juvenis, n. 40. ibid.
- Filius ex secundo viro, & non ex primo judicari debet genitus, si primus vir per quadraginta dies ante ejus mortem taliter infirmus esset, quòd secundum judicium Medicorum carnaliter mulierem cognoscere non potuisset, dum tempus legitimum septimi, noni, vel decimi mensis non superfit, p. 2. c. 4. n. 41. & 42. p. 145.
- Filius, qui post mortem primi viri natus est in septimo mense, respectu autem secundi in sexto judicandus est de primo viro genitus, p. 2. c. 4. n. 43. p. 146.
- Aliter si de contrario, n. 46. ibid.
- Filius, qui post mortem primi viri natus est undecimestrus, & respectu secundi viri octimestris, præsumendus est genitus ex secundo viro, aliter si de contrario, p. 2. c. 4. n. 47. & 48. p. 146.
- Filius qui à die mortis primi viri natus est in nono mense, id est, infra 270. dies, & respectu secundi viri in decimo mense, id est, intra 270. usque ad 280. dies, judicandus est genitus ex secundo viro, p. 2. c. 4. n. 49. p. 146.
- Filius, qui à die mortis primi viri editus est intra 270. dies, usque ad 282. vel 283. plus, minusvè, & respectu secundi viri natus ante 270. vel post 283. dies, judicandus ex primo viro, p. 2. c. 4. n. 50. ibid.
- Filius, qui tam respectu primi viri, quàm secundi, fuit editus à die 270. usque ad 280. dies, plus, minusvè, & mater asserat cum juramento, & aliqua ratione probabili, cujus sit filius, & simul concurrat similitudo nati, cum patre asserto, illius erit quem mater dixerit, p. 2. c. 4. à n. 51. usque ad n. 53. p. 146. & 147.
- Filius quando per conjecturas, & præsumptiones, non potest apparere à quo ex duobus viris procedat, in tali dubio judicandum est, genitum esse à secundo viro, p. 1. c. 4. n. 54. p. 147.
- Redditur ratio per Dom. Perez de Lara, & Carranza, n. 55, & 56. ibid.
- Filius an præsumatur genitus ex primo, vel secundo viro copulam habente cum matre intra brevem terminum, non solum procedit in casu, quo vidua intra breve tempus contrahat cum alio, sed etiam quando dissolvitur matrimonium, vi, vel metu, vel in gradu prohibito contractum; vel si vir contrahat cum alia, priore uxore vivente, vel uxor cum alio, marito absente, & pro mortuo reputato, vel quando mulier ab amasio relicta, vel è contra, cum alio contrahat, accedente copula intra paucos dies, p. 2. c. 4. n. 57. p. 147.
- Et casus notabilis refertur, ibid. n. 58. ibid.
- Filius hæretici institutoris conceptus, & natus postquam pater commisit crimen, non succedit in majoratu, sed sequens in gradu, p. 3. c. 2. n. 27. p. 172.
- Limita in illis qui fuerint ultra primam, & secundam generationem institutoris; veluti ultra filios, & nepotes, n. 28. ibid.
- Nisi bona majoratus procedant ex Regia donatione, tunc enim ad Regiam Cottonam reverti debent, n. 29. ibid.
- Filius quod non debeat portare iniquitatem patris, nec puniri pro peccatis, & delictis parentum, est de jure Divino, & de jure Canonico, & civili, p. 3. c. 2. n. 30. ibid.

Index Rerum

- Sed quomodo hoc intelligi, ac conciliari debeat
n. 31. & 32. p. 172. & 173.
- Filius hæretici, & quilibet alius descendens ab hæretico ultimo possessore, debet succedere in majoratu non ab hæretico instituto, sed ab ejus Avo, vel alio superiore ascendente, & quare, num. 33. p. 173.
- Vide verb. *Hæreticus*.
- Filius est proximior patri, p. 4. c. 1. num. 31. & 33. p. 196.
- Filius primogeniti, si succederet per repræsentationem in majoratu incompatibili, intraret per gradum raptum, & caducum: si per propriam personam, remaneret pater in possessione duorum incompatibilium majoratum; ideo ad evitanda hæc inconvenientia, debet succedere patruus, p. 4. c. 1. n. 62. usque ad n. 66. p. 198.
- Filius major si succederet in primogenio incompatibili cum primogenio patris, darentur duo inconvenientia, quæ referuntur, p. 4. c. 1. à n. 66. usque ad n. 70. ibid.
- Filius quod moriatur ante patrem, est de raro contingente, & turbato ordine naturæ, p. 4. c. 1. n. 71. p. 198.
- Filius, qui est exclusus, & admitti non potest ex capite, Unde liberi? admitti potest ex alio capite, Unde agnati, p. 4. c. 6. n. 43. p. 219.
- Filius nasciturus institutionis atque legati capax est, & ad successionem feudi, & majoratus, vocari potest, p. 5. c. 2. n. 33. & 34. p. 227.
- Filiis nascituris jus adquiri potest in perpetuum jure primogenituræ, p. 5. c. 2. n. 35. & 36. p. 228.
- Filius primogenitus, qui in feudum successerat, si postea fiat Clericus, excluditur per secundogenitum, p. 5. c. 6. n. 126. p. 259.
- Filius vel Gener Auditoris, agere non valet in Aula, ubi ejus pater, vel socer est Auditor, part. 6. cap. 4. n. 25. & è contra. p. 276.
- Filius Regis, Comitis, Marchionis, vel Ducis, in vita patris dicitur etiam Rex, Comes, Marchio, vel dux; licet in actu non sit Rex, &c. p. 7. c. 6. à n. 1. usque ad n. 4. p. 318.
- Quod intellige non realiter, & verè, sed ex interpretatione extensiva ad tempus, & casum, quo pater decedat, n. 39. & 51. p. 323. & 325.
- Filius filii majoris debet succedere in alio majoratu incompatibili cum eo, quem pater ejus, aut Avus retinet secundùm mentem, & intentum, & voluntatem institutoris, quæ in hac materia primum locum obrinet, p. 7. c. 6. n. 17. p. 320.
- Filius filii majoris succedere debet in alio majoratu incompatibili cum eo, quem pater ejus possidet: Quia vitium incompatibilitatis non est reale seu lineale, sed tantùm personale, & sic non afficit filios ex ea linea descendentes, nec in eos influit, ibid. n. 21. & 37. p. 321. & seq.
- Etiam quia filius major repræsentat patrem in hoc casu in quantum pro illo instanti potuit succedere, seu pro aliquo temporis momento fuit successibilis in illo majoratu, quem non elegit, ibid. n. 22. p. 321.
- Etiam quia si patruus sit substitutus sui fratris, non est locus ejus substitutioni, dum frater habet filios, quia in substitutione alicui simpliciter facta, semper subintelligitur clausula illa, *Si filios non habuerit*, aut, *Si sine filiis decesserit*, ibid. n. 23. p. 321.
- Limita si filius primogeniti sit in actu possessionis alterius majoratus incompatibilis, ibid. n. 25, 26. & 27. p. 321. & 322.
- Si verò filius tempore delatæ successionis sit habilis, & absque impedimento, succedere debet, ibid. n. 28. & 29. p. 322.
- Filius secundogenitus succedere debet in majoratu incompatibili cum eo, quem pater possidet, non solum in exclusionem primogeniti, sed etiam Patruui: & redditur ratio, p. 7. c. 6. num. 30. & 31. p. 322.
- Et decisio refertur Supremi Concilii in ejus favorem, quam tradit Dom. D. Joan. à Solorzano, ibid. n. 32. p. 322.
- Filii nati in figura matrimonii putativi, succedunt tanquam legitimi & naturales, nati ex legitimo matrimonio, p. 8. c. 2. n. 75. p. 343.
- Filius major non debet intelligi per ætatem, sed per qualitatem, & prærogativam succedendi. Unde si filius major sit exclusus, fortè ex eo quod succedat in alio antiquo majoratu cum aliis incompatibili, tunc non intelligi debet *lex 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* de illo; sed de filio secundogenito, tanquam si esset filius major, part. 8. cap. 5. num. 3. & 4. p. 351.
- Et redditur ratio, à n. 5. usque ad n. 8. p. 362.
- Filius major natus, seu primogenitus, differt à filio majore: ideo limitatur quando vocatio est de filio primogenito, seu majore natus. Sed contraria opinio verior est in majoratibus Hispaniæ: ut probant Regnicolæ, & est locus insignis Vincentii Fusarii, part. 8. cap. 5. à num. 9. usque ad 17. p. 352.
- Et quid si majoratus habeat administrationem, vel gubernium, ad quod requiratur ætas sufficiens, & prudentia? disputatur latè, & resolvitur pro parte negativa in majoratibus Hispaniæ, ibidem, à numero 18. usque ad num. 21. paginâ 353.
- Filia secundogenita, an possit succedere in majoratu irregulari, veluti in majoratu Agnationis, in quo sit exclusa fœmina? Resolvitur quòd sic, cum distinctione inter dispositionem hominis & dispositionem legis, p. 8. c. 7. à n. 7. usque ad n. 10.
- Filius secundus facit propriam lineam respectu suorum descendentiæ, diversam à linea primogeniti, & suorum, p. 7. c. 7. n. 17.
- Vide verb. *Linea*, & verb. *Legitimatio*.
- Forum.*
- Forum ratione domicilii differt à foro ratione contractus, p. 7. c. 2. n. 21. p. 293.
- Frater.*
- Frater minor utrinque conjunctus ex linea transversali, utrum præferatur fratri majori consanguineo tantùm in successione majoratus instituti per eorum fratrem, p. 1. c. 6. n. 254. ubi declaratur exemplo. p. 78.
- Frater consanguineus tantùm, æqualiter succedere debet in feudo ac frater utrinque conjunctus, p. 1. c. 6. n. 255. & 256. ibid.
- Frater ex uno latere, sive sit consanguineus, sive uterinus tantùm, æqualiter succedit in fideicommissio, ac frater ab utroque latere conjunctus, p. 1. c. 6. n. 257. p. 79.
- Frater consanguineus, vel uterinus tantùm, si est major natus, præfertur fratri utrinque conjuncto, in majoratu, secundùm opinionem Doctorum, qui referuntur, p. 1. c. 6. n. 260.
- Sed contraria opinio verior est, ibid. num. 262. p. 79.
- Frater in majoratu succedere debet, si aliàs successurus

& Verborum.

rus erat ab intestato fundatore , vel ultimo possessore ex parte institutoris , p. 1. c. 6. n. 263. p. 79.

Frater utrinque conjunctus , & non consanguineus tantum, succedit ab intestato, part. 1. c. 6. n. 264. ibid.

Ideo præferri debet consanguineo , vel uterino, in successione majoratus , ibid. n. 265. p. 79.

Frater utrinque conjunctus regulariter præferri debet in majoratibus , vinculis , seu patronatibus, p. 1. c. 6. n. 269. ibid.

Idem de sorore utrinque conjuncta , num. 270. p. 79.

Frater utrinque conjunctus , quia duplici jure vocatur , præferri debet existens in pari gradu , ei, qui solum uno jure admittitur, p. 1. cap. 6. num. 271. p. 80.

Frater utrinque conjunctus non præfertur , quando duplicitas sanguinis non est ex parte fundatoris , p. 1. c. 6. n. 273. ibid.

Et ita intelligi debent aliqui Doctores , num. 274. p. 80.

Frater utrinque conjunctus non præfertur in majoratu Agnationis, nec in successione feudi, p. 1. c. 6. num. 374. ibid.

Frater utrinque conjunctus non præfertur , quando ad successionem majoratus vocatus fuit frater consanguineus , & utrinque conjunctus , & consanguineus sit major natu, part. 1. cap. 6. n. 276. ibid.

Frater utrinque conjunctus , & consanguineus tantum , respectu patris , cui succeditur , æquè sanguine sunt conjuncti , p. 1. c. 6. n. 277. p. 80.

Aliter dicendum est in majoratu, & fideicommissò à fratre relicto, ibid. n. 278. p. 80.

Fratres cum sint in pari gradu , ille succedere debet post mortem ultimi possessoris , qui sit major ætate , prout est secundogenitus , respectu tertio geniti , p. 1. c. 8. n. 22. & 23. p. 100.

Si Fratres duo gemelli simul nascantur , quis eorum debet regnare ? est maximum dubium, p. 2. cap. 5. n. 53. p. 153.

Opinio Ildephonsi à Carranza est , quod populus eligat. Opinio Dom. Perez de Lara , quod Pontifex consulatur. Vera opinio est , quod sorte judicetur , ibidem , num. 54. 55. & 56. ibid.

Fratres minores Ordinis Divi Francisci , sunt incapaces proprietatis omnium rerum mobilium , & immobilium , & actionum , part. 7. cap. 5. num. 4. p. 305.

Fratres Minores in his , quæ consumuntur per esum , & potum , habent usum juris , nedum facti , qui etiam pro sui natura considerari nequit, ibid. n. 5. ibid.

Fratres Minores quia incapaces sunt succedendi , non faciunt deficere conditionem ad impediendum substitutum sub conditione *si sine liberis* , expressa, vel tacita , ibid. n. 10. p. 305.

Fratri Minori relicto post mortem alicujus , statim debetur , non expectata ejus morte naturali, n. 11. ibid.

Fratres Minores sunt incapaces hæreditatum , etiam ex testamento ; & hæreditas tunc vadit ad substitutum , si extat : aliàs ad venientes ab intestato ; quia ea institutio pro non scripta habetur , n. 13. ibid.

Fratres Minores sunt incapaces standi in judicio pro rebus sibi donatis , vel relictis per ultimam voluntatem. ibid. n. 16. p. 305.

Fratres Minores sunt capaces dignitatum , ideo promoventur ad Episcopatum , & Cardinalatum. Non tamen sunt capaces bonorum , num. 17. ibid.

Fratres Minores Sancti Antonij à Padua , sunt capaces bonorum ex regula privilegiata , num. 18. ibid.

Fratres Mendicantes , veluti Prædicantes , Eremitarij , & Carmelitæ , licet non sint capaces bonorum , nec in particulari , nec in communi , ut illa retineant , quia sic repugnaret Regulæ Mendicantium , sunt tamen capaces pretii , & æstimationis , ut convertatur in usus suos , atque ideo relicta eis non sunt invalida , nec pro non scriptis habentur , n. 19. ibid.

Fratres , qui debent participare privilegio Mendicantium , & litigare cum papyro pauperum secundum Regiam sanctionem , vulgò , *Prematista del papel sellado* , referuntur , ibidem , num. 21. & 22. p. 306.

Fratribus Minoribus non potest relinqui locus in quo nostra Ecclesia construatur , ut ibi Fratres commorentur , nec relinqui pecunia ad constructionem ; quia tale relictum omninò est inutile , n. 25. ibid.

Fratres Minores , nec parentibus succedunt , ibidem , n. 26. p. 306.

Fratres Minores beneficia habere non possunt , n. 27. ibid.

Fratribus Minoribus relictum nec naturaliter eis debetur , & hæredes in foro conscientie licitè possunt id retinere , n. 28. ibid.

Fratres Minores non possunt esse executores testamentorum , ibid. n. 29. p. 306.

Fratres Minores an possint esse Commissarii ad eligendum , seu nominandum successorem in majoratu , vinculo , seu patronatu , vel ad eligendos pauperes , & inter eos eleemosynas distribuere , ibid. n. 30. p. 306.

Fratres Minores sunt capaces Anniversarii perpetui per modum eleemosynæ relicti , num. 41. & 42. p. 307.

Sed repetere ea in judicio tamquam redditus sibi debitos non licet sine dispensatione , à num. 43. usque ad n. 45. ibid.

Limitatur in casu , quo Anniversarium esset tam magnæ quantitatis , ut cum illius redditibus Conventus non egeret mendicari, n. 46. ibid.

Fratres Minores non solum sunt incapaces proprietatis , & domini rerum , sed etiam æstimationis , adeo ut bona non possint vendere , & capere æstimationem ipsorum , ibid. n. 47. p. 308.

Adhibe distinctionem, quæ traditur , n. 48. & melius , n. 49. ibid.

Frater Minor non desinit esse incapax bonorum , quamvis ad Episcopalem dignitatem promoveatur , ibid. n. 50. p. 308.

Fratribus Minoribus relictum in causam alimentorum valet , & officio Judicis coguntur hæredes eo præstare , licet Fratribus non detur actio ut petant , n. 51. ibid.

Limita si relictus sit annuus redditus , quia habet aliquid proprietatis , n. 52. ibid.

Quod intellige cum ampliationibus , & limitationibus traditis à Patre Villalobos , quæ referuntur à n. 37. usque ad n. 47. p. 307.

Fratres Minores recipere , & retinere possunt hæreditates nomine Romanæ Ecclesiæ, ibid. num. 57. p. 308.

Index Rerum,

Fratres Minores recipere possunt aliquid ab ingredientibus in eorum Religionem, cum bonorum quantitas sit modica, & non talis quæ præsumi possit data in fraudem, n. 58. p. 309.

Et cum limitatione, quæ traditur, n. 59. ibid.

Fratres Minores incapaces non sunt eleemosynarum, & obventionum, & eorum quæ offeruntur pro sepulturis & funeralibus, reservata tamen quarta parte Ecclesiæ parochiali; & circa hanc conclusionem res judicata refertur, num. 60. paginâ 309.

Fructus.

Fructus, vel Redditus si dividantur ad hoc ut successor majoratus fruatur illis uno, duobusve annis, & Redemptio Captivorum, vel alia causa pia alio triennio fruatur; transacto tempore, si non fruatur ex causa litigii, vel alia, etiam absque culpa sua, frui non debet alio tanto tempore, licet actionem habeat ad interessè, p. 2. c. 2. n. 21. & 22. p. 132.

Vide verb. *Redditus*, & verb. *Res*.

Furiosus.

Furiosus an sit capax succedendi in Regno, vel Majoratu, vide verb. *Successio*.

G

Gemellus.

Gemellos duos edi uno impetu, est contra naturam; at verò si includantur in secundina, & uno impetu nascantur, est quid monstruosum, p. 2. c. 5. n. 9. p. 149.

Et intelligitur locus Julii Pauli, n. 10. ibid.

Genitus.

Geniti duo ex utero mulieris uno impetu ejici non possunt, p. 2. c. 5. n. 5. p. 149.

Limitatur si in una secundina involuti editi fuerint. *Secundina* vulgò dicitur, *Tela en que nacen embuelos*, ò *encerrados dos minos*, à modo de *zurron*: ubi elucidatur authoritas Hippocratis, & corrigitur Carranza, num. 6. usque ad n. 8. ibid.

Vide amplius, verb. *Natus*.

Genus.

Et Genus, & virtus nisi cum re vilior Alga est, p. 3. c. 5. n. 14. p. 189.

Et quid *Alga* significet videas, ibid. p. 189.

Geometria.

Geometriæ nomen dicitur ex nomine, *Geos*, quod terra, & *Metron*, quod est mensura, p. 1. c. 6. n. 1. p. 57.

Geometriæ scientia inventa fuit ab Ægyptiis, & eorum Rege vocato *Meris* in urbe Alexandria, ad terram mensurandam, ut per eam redderet cuique terras, quas Nilus inundabat, p. 1. cap. 6. num. 2. ibid.

Geometriæ scientia recognoscitur per regulas incompatibilitatis inter æqualia, & inæqualia, ibid. n. 3. p. 57.

Gradus.

Gradus idem est quod persona, & sequens persona respectu patris est filius, p. 3. c. 1. à n. 12. usque ad n. 14. p. 195.

Gradum primum faciunt filius & pater, licet sint diversæ personæ, ibid. n. 141. & 142. p. 197.

Gradus proximitas mentienda est à constitutis in linea: quasi non sit in gradu, qui non sit in linea, ibid. n. 72. p. 198.

Grammatica.

Grammaticæ scientia, janua, atque fundamentum omnium Artium definitur, part. 1. cap. 13. num. 1. p. 118.

Gratia.

Gratia Dei non compatitur cum gratia paterna concessa sub conditione quod aliquis pervertatur ad hæresim, repudiata fide Catholica, princip. n. 39. p. 7.

Gratia est incompatibilis cum peccato, non solum meritorie, sed etiam physicè & ex natura rei: ut tenent plurimi Doctores, maximè Pater Gabriël Vasquez, cujus fundamenta referuntur ad literam, cum sint omnia proprie de materia Incompatibilitatis, p. 1. c. 2. à n. 11. p. 20.

Gratiam Dei qui recipit non peccat, nec peccare potest dum perseverat in ea p. 1. c. 2. n. 13. p. 23.

Gratia Dei reddit peccatorem ex inimico amicum Deo, & justificatum, ex Sancto Concilio Tridentino, p. 1. c. 2. n. 19. p. 24.

Et defenditur ejus decisio ab opinione aliquorum, n. 20.

Gratia expellit peccatum, & peccatum gratiam, non tantum meritorie, sed etiam physicè, part. 1. c. 2. n. 21. ibid.

Et respondetur ad argumenta contraria, à n. 22. usque ad n. 26. p. 24.

Gratia de primo beneficio postea vacaturo concessa, si postea impetretur alia de alio incompatibili, impetrato secundo beneficio vacat primum, & gratia ad illud, p. 7. c. 4. n. 30. p. 299.

Limitatur, si ille, qui assecutus fuit secundum beneficium incompatibile, non esset illemet qui impetravit gratiam, sed alius pro alio incscio, ibid. n. 33. p. 300.

Limitatur, etiam si renuntiatio tacite, vel expresse accepta non sit à Superiore, in cujus manibus censetur facta, n. 34. ibid.

Limitatur etiam, quando gratia impetrata de primo beneficio vacaturo, fuisset conditionalis, & pendente conditione illud obtentum sit, & postmodum conditio eveniat, quia incidimus in casum, ac si primò adquisitionem fuisset beneficium, & postea purè impetrasset gratiam, ibid. num. 35. p. 300.

Limitatur etiam, si non in pacifica possessione sit ille, qui adeptus fuisset secundum beneficium incompatibile, n. 36. p. 300.

Limitatur etiam in eo, qui licet adeptus fuisset possessionem pacificam, nondum tamen consecutus est fructus bonorum, vel majoris partis beneficii, num. 37. ibid.

Limitatur etiam, quando habuerit dispensationem ad obtinenda duo beneficia incompatibilia, ibid. n. 38. p. 300.

Limitatur denique, si coactus ingressus fuisset in secundum beneficium, quia tunc non videtur renuntiasse gratiæ, & privilegio de alio consequendo, n. 39. ibid.

Gravamen.

Gravamen, seu conditio debet esse honesta, atque justa, & non à jure reprobata, part. 3. c. 1. num. 25. p. 160.

Gravamen appositum ei qui sit de primo gradu, de restituenda hæreditate; ipso repudiante, non obligat sequentem in gradu qui succedit jure proprio, p. 4. c. 2. n. 7. p. 202.

Gravamen, conditio, seu prohibitio toties est realis, quoties apposta est in rem, absque mentione persona

& Verborum.

personarum , p.4. c.2. n.13. p.203
 Demonstratur exemplo , n.14. ibid.
 Gravamen , seu conditio extendi debet ad alias per-
 sonas, gradus, vel lineas, præter nominatas quan-
 do tendit ad alimentandum alios , & ad provisio-
 nem eorum , p.4. c.2. n.17. p.203
 Vide amplius verb. *Conditio* , & verb. *Prohibitio*.

H

Habere.

Habere qui potest, ipso actu habere dicitur , p.5.
 c.3. n.11. p.232
 Habere sufficit civiliter , & naturaliter , licet non
 actualiter quis habeat , p.5. c.3. n.18. p.233
 Habens obligationem publicam in Macellis , (*Como*
es el obligado de las Carnicerias , taberna , tienda , o
mesonero ,) an possit simul eligi ad officium Ju-
 dicis ordinarii, vel Rectoriæ. Vide remissivè p.6.
 c.4. n.48. p.278
Habere , Verbum , comprehendit tam usum , & pos-
 sessionem, quàm dominium, & proprietatem, ibid.
 n.73. p.280
 Habere quis non dicitur, qui non habet in actu, p.7.
 c.6. n.37. p.323

Habitatio.

Habitare continuè dicitur in uno loco , & si per ali-
 quot dies possessor majoratus divertat , quia mo-
 raliter hoc est intelligendum, part.2. cap.1. n.64.
 p.128.

Hæreditas.

Hæreditas, vel legatum pertinet ad eum , in quo im-
 pleta invenitur conditio tempore delatæ successio-
 nis , p.1. c.4. n.26. p.40

Hæres.

Hæres qui fuit semel , nunquam desinit esse hæres
 directo titulo , & nomine, part.5. cap.1. num.10.
 p.222.

Hæresiarcha.

Hæresiarcha ille improbus instructus à Dæmone ma-
 ximè in amphibologiis , tanquam ejus discipulus
 destruere tentavit generis humani redemptionem,
 asserendo per amphibologiam , quod non resurre-
 xisset Dominus, part.1. c.11. n.11. Et convincitur,
 ibid. n.12. & 13. p.111

Hæreticus.

Hæretici Regis filius , qui sit Catholicus , est legiti-
 mus successor in Regno temporali , princip. n.56.
 p.8.
 Hæreticus est segregatus ab unitate corporis Christi,
 princip. n.63. ibid.
 Hæreticorum sacrificia odiosa sunt Deo, princ. n.65.
 p.9.
 Hæreticus est , qui aliter sentit , & docet de Sacra-
 menti Ecclesiæ , quàm Sacrosancta Ecclesia Ro-
 mana prædicat , & observat; & ipso jure, & facto,
 incurrit majorem excommunicationem , princ.
 n.67. ibid.
 Hæretici filius genitus antequam pater incidere in
 crimen hæresis , etiam in casu quo pater sit insti-
 tutor majoratus , succedere debet , & non fiscus ,
 p.3. c.2. à n.22. usque ad n.24. p.171
 Reprobata opinione Escobar à Corro de *puritate*
sanguinis , n.25. & 26. p.172
 Vide amplius verb. *Filius*.

Hæreticus Sacerdos non potest ministrare , neque
 exercere Sacramentum Eucharistiæ , nec Catho-
 licus Eucharistiam de manu ejus accipere ; ideò
 Hermenegildus non accepit ab Episcopo Arria-

no ; imò eum reprobavit , & expulit. Quod intel-
 ligi debet in Hæretico malè ordinato postquam
 esset hæreticus ; secus si antea fuisset benè ordina-
 tus : & redditur ratio cum aliis distinctionibus,
 p.9. c.unico , à n.2. usque ad n.6.

Hermaphroditus.

Hermaphroditorum species provenit ex naturæ pec-
 cato in sexu , p.2. c.3. n.1. p.136
 Hermaphroditum posse habere duos sexus perfectè
 ad generandum , & concipiendum dispositos , est
 incompatible de jure naturali, p.2. c.3. num.4.
 Et comprobatur , n.5. & 6. p.136
 Hermaphroditos esse conceptos in septimo sinu , seu
 receptaculo , quod in medio matricis, demonstrat
 Joannes Perez à Moya , & reprobatur contraria
 sententia , part.2. cap.3. à num.7. usque ad 9.
 p.136.
 Hermaphroditus primogenitus , an præferatur se-
 cundogenito simpliciter masculo in majoratu re-
 gulari , vel Agnationis , vel simplicis masculinita-
 tis , ibid. n.10. ibid.
 Et resolvitur à n.30. p.138
 Hermaphroditus habet qualitatem masculinitatis ,
 ibid. n.11. p.137
 Hermaphroditus potest concurrere ita ad agendum,
 sicut ad concipiendum , ibid. n.12. p.137
 Hermaphrodito sexus habente utrumque sexum æ-
 qualem, attendi debet dignior, & potentior, n.15.
 ibid.
 Hermaphroditus potest esse testis in testamento sicut
 alii masculi , ibid. n.16. p.137
 Hermaphroditus potest esse Doctor , Advocatus, Ju-
 dex , Arbitrator , Tutor , & Curator, tributorum Exa-
 ctor , Delator in fiscum , adoptare , & posthumum
 hæredem instituere , part.2. cap.3. numero 17.
 ibid.
 Hermaphroditus potest fungi omni officio virili , &
 mulieribus prohibito , ibid. n.18. p.137
 Hermaphroditus potest contrahere matrimonium
 cum fœmina , etiam quando in utroque sexu sit
 æqualis , p.2. c.3. n.19. & 20. ibid.
 Hermaphroditus propriè non est vir , sed similis vi-
 ro , ibid. n.23. p.138
 Hermaphroditi qualitates , licet in eodem subjecto,
 sunt incompatibiles , n.26. ibid.
 Hermaphroditus non est propriè vir , neque mulier,
 sed homo mixtus , ibid. n.27. p.138
 Hermaphroditus si in eo neuter sexus prævaleat , non
 debet ordinari ; & si de facto ordinetur, non im-
 primitur character ad instar fœminæ, ibid. num.28.
 p.138.
 Hermaphroditus non est admittendus in Monasterio
 virorum , nec Monialium , n.29. ibid.
 Hermaphroditorum genus dividitur in quatuor spe-
 cies , ibid. n.31. p.138
 Hermaphroditus primogenitus si habet virilem se-
 xum perfectum , atque potentem , tunc præferen-
 dus est secundogenito , perfectè , & purè mascu-
 lo , p.2. c.3. n.31. & 32. ibid.
 Hermaphroditus primogenitus si magis incalescit in
 sexum muliebrem , non præferatur secundogenito :
 & quomodo cognoscatur hoc ? demonstratur, ibid.
 n.33. p.139
 Hermaphroditus primogenitus si habeat unum se-
 xum inefficacem ad generationem , & alium effi-
 cacem attendi debet , qui efficax fuerit ad hoc ut
 præferatur , vel non, secundogenito ibid. num.34.
 ibid.
 Hermaphroditus primogenitus , qui habet æqualiter
 potentem

Index Rerum

potentem utrumque sexum maris, & foeminae, non debet praeferrì secundogenito purè masculino, ibid. à n.35. usque ad n.37. p. 139

Hermaphroditus, in paritate sexus, judicatur foemina, n. 41. ibid.

Hermaphroditus primogenitus, qui petit tanquam masculus, etiam cum aequalibus probationibus, succumbere debet, in favorem masculi secundogeniti, n.44. p. 140

Hermaphroditus si utrumque sexum maris & foeminae habeat in aequilibrio, tutius erit judicari eum tanquam foeminam, quam tanquam masculum, ibid. n.59. p. 141

Hermaphroditus, & ejus declarationi, maximè cum juramento standum erit, in dubio ad cognoscendum in quo sexu magis praevaleat, si exinde non resultet aliquod aliud inconueniens, periculum, vel praedictum Tertii, p.2. c.3. n.21. p. 137

Et à n.60. usque ad n.63. p. 141

Hermaphroditus ad hoc ut praeferratur secundogenito, attendi debet in eo virilitas, & agilitas corporis, ibid. n.64. & 65. p. 141

Hermenegildus.

Hermenegildus, nisi esset fidelis, non haberet justificationem, & gratiam ad successionem Regni caelestis, p.1. c.2. n.29. p. 27

Hermenegildus Princeps fuit in vera, perfecta, ac suavi consonantia cum Christo Jesu Domino nostro, p.1. c.7. n.8. p. 91

Hermenegildus fuit verè, & propriè Rex Hispanensis electus à populo, atque coronatus solemniter. p.7. c.6. n.1. 2. & 3. p. 318

Vide ampliùs de eo, verb. *Rex.*

Histrion.

Histriones, sive Comici, notantur infamià nostris temporibus, secundum opinionem Dom. Gregor. Lopez, p.1. c.12. n.25. p. 115

Contraria opinio verior est, quæ ex rationibus, & juribus comprobatur, ibid. à num.29. usque ad n. 32. p.115. & 116

Histrion, seu Comicus auctor compulsus fuit exhibere executoriam suæ nobilitatis, sive transumptum, & informationem suæ legitimitatis ad reconendam illam in archivio publico, ex eo quod causâ quaestus, esset publicus Comicus, ibidem n.26. p. 115.

Sed verior redditur ratio hujus decisionis, ibid. n. 44. p.117

Et ita cum esset in carceribus pro debitis civilibus, tanquam Nobilis à carcere fuit relaxatus, n.45. ibid.

Histrionum representationes in publicis theatris, cum sint honestæ, & publica autoritate admiffæ, ac permiffæ in nostra Hispania ob bonum publicum, & reparationem humanæ vitæ non important infamiam, p.1. c.12. n.36. & 37. p.116

Histriones hodie non infamià juris notantur, ex eo quod causâ quaestus representent; nec etiam antiquitus, sed ex eo notabantur olim, quia actiones viles, atque inhonestas exercebant, turpi, atque abominabili modo, ibidem, num.38. 39. 40. & 41. p. 137

Histriones, de quibus loquitur Dom. Gregorius Lopez, inhonestè, turpiter, ac ignominiosè, publicè, causâ quaestus exercebant representationes, n.42. ibid.

Quod à jure reprobatur, ut supra, n.14. in fin. p.114.

Histriones filios hodie exheredare non possunt pa-

rentes ob causam representandi publicè, cum non inhonestè representent, ibidem, num. 43. p. 117.

Vide verb. *Poëtica.*

Homicidium.

Homicidium de ultimo majoratus possessore commissum per illum, qui immediatè successurus erat, privat homicidam successione majoratus, p.1. c.2. n. 41. p. 27.

Homicidium commissum ab immediato successore contra ultimum possessorem, si acciderit casualiter ex improvise, sive ob causam non ordinatam ad id, non privat homicidam à successione, ibid. n.66. p. 69.

Vide verb. *Delictum*, & verb. *Offensa.*

Homo.

Homo unus, cum sit individuus, naturaliter non valet simul atque eodem tempore circumscriptivè residere in duobus distinctis locis, p.2. c.1. n.15. & 60. p.124. & 127

Homo unus de potestate Dei absoluta miraculosè, an possit in duobus residere locis simul, uno eodemque tempore? Partem negativam defendit Divus Thomas, & alii, quorum argumenta, atque fundamenta, referuntur, à n.16. usque ad num.22. p. 124.

Contrariam opinionem tanquam veriore defendunt Scotus, & alii, & comprobatur validissimis fundamentis, à num.28. usque ad num.33. p.125.

Et respondetur ad argumenta de contrario, à n.37. usque ad n.46. p. 126

Vide verb. *Sanctus*, & verb. *Divus.*

I

Immixtio.

Immixtio, confusionem affert: & fit confusio ubi duæ materiae, vel ejusdem generis, vel diversi, conjunguntur, p.3. c.5. n.29. p. 191

Immunitas.

Immunitas concessa ob paupertatem, auctis facultatibus, cessare debet, p.5. c.6. n.77. p. 254

Impossibilitas.

Impossibilitas ad idem tendit quod incompatibilitas, p.1. c.1. n.12. p. 13

Impossibile est quod quis possit uno eodemque tempore in diversis Ecclesiis residere ad serviendum personaliter, p.7. c.2. n.7. p. 492

An unus homo naturaliter, vel miraculosè, residere valeat simul eodem tempore in diversis locis?

Vide verb. *Homo.*

Impotentia.

Impotentia seu frigiditas ad coitum an sit perpetua, vel accidentalis, seu temporalis, examinari debet à Medicis, vel Chirurgis in causis judicialibus, ubi agitur de stupro: vel de dissolvendo, seu annullando matrimonio, p.1. c.9. n.7. p.104

Quod per regulas Incompatibilitatis recognoscitur, n.8. ibid.

Impotentes an sint etiam exclusi à successione majoratus, quando ex ejus institutione exclusus est Clericus in majoribus Ordinibus constitutus? Vel etiam quando institutus est cum gravamine contrahendi matrimonium cum consanguinea? p.1. c.9. n.12. & 13. p. 105

Impugnare.

Impugnare non debet, qui defendere, aut probare tenetur, p.5. c.6. n.3. p. 248

Inca

& Verborum.

Incapacitas.

- Incapacitas mediti temporis non vitiat, nec nocet, p. 1. c. 3. n. 68. p. 44.
- Incapax an succedere debeat in Regno, vel majoratu? Vide verb. *Successio*.
- Incapacitas patris, ex eo quod sit personalis, non nocet ejus filio, à quo non incipit, p. 7. c. 6. n. 18. p. 320.
- Incapacitas patris per incompatibilitatem causata, & ademptio illi facta de majoratu incompatibili, non nocet ejus filio. ibid.
- Incapax non obstat sequentibus in gradu, p. 8. cap. 7. n. 25. p. 362.

Incertitudo.

- Incertitudo impedit translationem possessionis, p. 2. c. 3. n. 43. p. 139.

Inclusio.

- Inclusio unius, est exclusio alterius, p. 5. cap. 1. n. 2. & 3. p. 221.
- Inclusio unius est exclusio alterius quando in utroque insunt contraria, ibid. n. 16. p. 222.
- Inclusio unius lineæ, est exclusio aliarum n. 19. ibid.
- Inclusio, seu vocatio masculorum, est exclusio foeminarum, ibid. n. 21. p. 223.
- Quod explicatur ex plurimorum autoritatibus, & declaratur à n. 21. usque ad 26. ibid.
- Inclusio, seu vocatio agnatorum, an contineat exclusionem cognatorum, seu masculorum ex foeminis, n. 27. p. 223.
- Inclusio, seu vocatio foeminarum, est exclusio masculorum, n. 28. ibid.

Inconvenientia.

- Inconvenientia, quæ sequi possunt, si duo, pluresve majoratus jungantur, declarat *lex. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. in prefatione*, Author in p. 8. cap. 1. à n. 21. usque ad 24. & à n. 61. usque ad num. 67. p. 319. & seqq.

Incompatibilitas.

- Incompatibile est apud Catholicum cœleste Regnum cum regno terreno, seu quovis alio majoratu, dato sub gravamine deficiendi à fide Catholica, vel admitendi aliquem hæreticum errorem, in princip. n. 38. p. 6.
- Incompatibilitatem, quæ deducitur ex textu *in cap. cœpit Hermenegildus. 24. quest. 1.* constituit illa conditio, seu gravamen deficiendi à fide Catholica, quod apposuit Rex Leonigildus filio suo Hermenegildo, in princip. n. 30. p. 8.
- Incompatibile est quod unus quidem possit duobus dominis insimul servire, maximè si sint diversæ, & contrariæ conditionis, in princip. n. 71. p. 9.
- Incompatibilitatem, quam nos deduci probamus ex textu *in c. cœpit. 24. quest. 1.* probat etiam Carolus Scribanus Pater Jesuita, in princ. n. 71. ibid.
- Incompatibilitatis vox, per alios terminos, seu signa ad placitum significatur, p. 1. c. 1. n. 1. p. 12.
- Incompatibilitas, & Repugnantia qua voce usus fuit Jurisconsultus, idem sunt, n. 2. ibid.
- Incompatibilitas, & Perplexitas, qua etiam voce usi fuerunt Jurisconsulti, ad idem tendunt, n. 1. ibid.
- Incompatibilitas & aliqua inter se contraria esse, seu contrarietas, idem significant, quia omnia incompatibilia inter se sunt contraria, p. 1. c. 1. n. 9. ibid. & c. 3. n. 5. p. 32.
- Incompatibilitatis vox à Juris Pontificii professoribus fuit intenta, & utrum Latinis, seu Jurisconsultis fuerit cognita, necesse non est perquirere, p. 1. c. 2. n. 15. p. 13.
- Incompatibilitatis vox seu etymologia componitur Roxas de Incompatibilitate.*

- ex dictione *in*, id est *non*, & nomine adjectivo *Compactus, a um, vel compactilis, & compactile*, id est, *cosa adjuntabile con otra*, p. 1. c. 1. n. 16. ibid.
- Incompatibilitas quid sit, & ejus definitio vera demonstratur ex genere, & differentia, & legibus diffinitionis, p. 1. c. 1. à n. 17. usque ad n. 21. ibid.
- Incompatibilia cum idem sint quod contraria, intelligi debent privative, & non positive, n. 23. p. 14.
- Incompatibilia de quibus agimus, non pertinent ad contraria, quæ admittunt concursum aliquem, medium, vel mixtum, sed quæ sunt contraria medio carentia repugnantia inter se, p. 1. c. 1. n. 37. p. 15.
- Incompatibilitas datur in omni scientia, part. 1. c. 2. num. 1. p. 19.
- Incompatibilitas datur in scientia sacrae Theologiae, p. 1. c. 2. n. 2. ibid.
- Incompatibilitas inter gratiam, & peccatum, atque infidelitatem, tanquam inter amicum, & inimicum, ad successionem æternam in regno cœlesti, datur etiam per eandem rationem, ad successionem temporalem in regno Terreno, part. 1. c. 2. n. 30. p. 25.
- Incompatibilitatis natura est, ut posito uno contrariorum, inducatur renuntiatio, aut revocatio alterius, quia simul stare non possunt, p. 1. c. 3. n. 6. p. 32.
- Incompatibilitas, seu contrarietas inter primam, & secundam obligationem, inducit novationem per necesse, p. 1. c. 3. n. 11. p. 33. Limitatur, nisi essent facti ambo contractus in continenti, n. 12. & 13. ibid.
- Incompatibilitatis materia invenitur maximè in Jurisprudentiæ scientia: quod quamplurimæ probant leges, & referuntur aliquæ, p. 1. c. 4. n. 3. & 4. p. 37.
- Incompatibile est in Arithmetica, quod quatuor, & quatuor, sint novem, vel septem; cum repugnent prædicamento quantitatis numerorum, p. 1. c. 5. n. 4. p. 45.
- Incompatibilitas in Musica scientia quomodo recognoscatur, p. 1. c. 7. n. 6. p. 91.
- Incompatibile est, & contra naturam, non solum quod Sol vel Luna redeant retrorsum, sed etiam quod sistant in loco prout in exemplo Josuè videre est in sacris litteris, p. 1. c. 8. n. 11. p. 99.
- Incompatibile est in scientia Grammaticæ docere sine verbis & verba proferre sine voce, p. 1. c. 13. n. 2. p. 118.
- Incompatibilis est in scientia Grammaticæ prima persona cum imperativo modo, n. 3. p. 119.
- Incompatibile est in scientia Grammaticæ, quod verbum sit in singulari, & nomen, seu nominativum in plurali, & è contra, n. 4. ibid.
- Incompatibile est in Grammatica, nomen substantivum cum adjectivo, quando alterum differt à genere, numero, vel casu alterius, n. 5. ibid.
- Majoratus appellatione comprehenduntur omnia Vincula, seu Majoratus, etiam instituti absque
- Regia facultate, Anniversaria perpetua, & Patronatus jure majoratus institutus, vel cum clausulis inducentibus majoratum, p. 8. c. 3. num. 33. & 34. p. 347
- Vide etiam verb. *Primogenium.*
Major, & Majoratus.
- Majoritatis qualitas debet attendi tempore delatæ successionis, p. 1. c. 4. n. 28. & 29. p. 40
- Major vocatus, intelligitur de majori ætate, & non in alia qualitate, p. 8. c. 5. à num. 28. usque ad 36. p. 354.
- Limitatur in casu quo ratio subjectæ materiæ aliud suadeat, *ibid.* n. 50. p. 355
- Vide etiam verb. *Primogenitus.*
Malum.
- Malum Sacramentum non ex eo est, quod per malum ministrum detur, princ. n. 42. p. 7
- Quod Malus, vel bonus sit minister, non est de substantia Sacramenti Baptismi, n. 43. *ibid.*
- Mandatum.*
- Mandatum de mutuando alicui non retrotrahitur ad pecuniam jam eidem mutuatam, p. 2. c. 2. num. 42. p. 134.
- Marchio.*
- Marchionis nomen unde derivetur, & quid sit Marchionatus dignitas, seu officium, p. 4. c. 4. num. 9, & 10. p. 210
- De Marchionatu quaestiones, vide verb. *Dignitas.*
Maria.
- Maria Sanctissima Domina nostra ex speciali Dei voluntate & privilegio, qui fuit institutor majoratus Paradisi, non fuit comprehensa in sententia contra Adamum & Evam ob contraventionem lata, p. 3. c. 1. n. 64. p. 165
- Maritus.*
- Maritus & uxor pro una persona, & tanquam una caro per individuum matrimonii vinculum reputantur, p. 4. c. 3. n. 2. p. 206
- Ideo proprium, & uxoris majoratum, cum suo incompatibilem, possidere non potest, num. 3. *ibid.*
- Maritus, dum vivit uxor, possidet bona uxoris tam allodialia, quam bona majoratus, p. 4. c. 3. num. 7. *ibid.*
- Et in eum transit etiam dominium, *ibid.* n. 7. & 8. p. 206.
- Maritus si habeat commendam Indiarum, aliam ejus uxoris non potest simul possidere, p. 4. c. 3. n. 10. p. 207.
- Maritus & uxor pro una eademque persona reputantur quoad communicationem divini atque humani juris, & mutuam cohabitationem, & participationem fructuum, non vero quoad successiones: & reverà non sunt unica persona, sed realiter duæ, part. 4. c. 3. à num. 2. usque ad 14. p. 207.
- Mariti patrimonium non prodest, nec nocet uxori, neque uxoris dos, atque bona extra dotalia, non profunt, nec nocent marito, n. 16. *ibid.*
- Mariti magnum patrimonium non prodest, nec nocet uxori pauperi, quin consequi debeat alimentata, seu litis expensas, n. 18. *ibid.*
- Maritus non est verè dominus, neque ad omnes effectus bonorum dotalium, nec extra dotalium, *ibid.* n. 21. p. 208
- Maritus habens Commendam Indorum, quod simul non possit habere alium uxoris jure mariti, specialiter provisum fuit à Rege, vel lege. Sed in Majoratibus regula est contraria, n. 22. *ibid.*
- Maritus

& Verborum.

Maritus, qui administratione privatur ex eo quod ad inopiam vergat, non recuperat administrationem, etiam si ad meliorem fortunam perveniat, p. 5. c. 6. n. 105. p. 258.

Alii contrarium tenent, ibid. num. 113. & 114. p. 259.

Masculus.

Masculus ex femina proximior ultimo possessori, & melioris lineæ, utrum præferatur masculo ex masculo remotioris lineæ? Resolvitur cum distinctione, p. 1. c. 6. n. 320. p. 85.

Masculus ex masculo inferioris lineæ præfertur masculo ex femina, si contemplata fuit agnatio, n. 321. ibid.

Masculus ex femina præfertur feminae ex masculo, ibid. n. 322. p. 85.

Masculus ex femina proximior, & melioris lineæ, præfertur masculo ex masculo, ubi expressè non fuit contemplata agnatio, n. 323. ibid.

Masculus descendens ex femina præfertur feminae descendenti ex masculo in majoratu simplicis masculinitatis, ibid. n. 324. p. 85.

Masculus, qui in majoratu simplicis masculinitatis jungitur institutori per unam feminam, quod præferri debet masculo, qui jungitur per duas feminas, tenent Menoch. & alii & reprobantur, n. 325.

Masculus ex femina, sive cognatus inferioris lineæ, & gradus, si contendat cum femina posterioris lineæ, & gradus, super successione majoratus puræ agnationis, quando deficiunt omnes agnati, an præferri debeat feminae? part. 4. c. 4. num. 16. p. 182.

Et referuntur Doctores, & textus, qui sunt pro masculo, & femina, ibidem, num. 17. & 18. p. 182.

Masculi omnes in majoratu agnationis veræ, vel fictæ, vel simplicis masculinitatis, faciunt quandam lineam universalem, de masculo in masculum, & ea finita, incipit alia linea universalis de femina in feminam per eundem cursum successione, & ordinem, quo decursa fuit linea masculorum, p. 3. c. 4. n. 62. & 63. p. 186.

Mater.

Mater filii qui prior fuit in legitimatione, licet posterior in nativitate, remaneret decepta, & ejus proles defraudata si in successione majoratus præferretur alter posterior in legitimatione, licet prior in nativitate, p. 1. c. 4. n. 12. p. 38.

Mater legitimi, qui posterior fuit natu quam legitimatus, non remanet decepta, cum scire debuerit quod maritus posset, ea mortua, cum concubina matrimonium contrahere, & filium naturalem legitimum fieri posse per subsequens matrimonium, ibid. n. 64. p. 43.

Mater non potest uno impetu edere duos, vel tres infantes, p. 2. c. 5. n. 1. & 2. p. 148.

Limitatur à n. 5. usque ad 8.

Mater, tempore Julii Pauli non succedebat in hæreditate filiorum, nisi haberet jus trium liberorum, id est, nisi tres peperisset naturaliter, & non monstruose, filios; nam si monstruose, pro uno partu reputabuntur, ibid. n. 11 & 12. p. 149.

Mater non admittebatur ad usum lecticarum, & margaritarum, qui lege speciali prohibitus erat matronis, nisi ter peperisset, ibidem, num. 18, p. 149.

Mater, si ageret de damno, vel pœnis evitandis, etiam si semel sub secundina uno partu mon-

struoso tres peperisset infantes, excludebat Fiscum, ibid. n. 14. & 15. p. 149. & 150.

Vide verb. *Esaï*

Matrimonium

Matrimonii in favorem præsumitur, quando recens vidua carnaliter cum Amasio si immisceat, & intra tempora utriusque congressui accommoda partum edat, p. 2. c. 4. n. 59. p. 147.

Vide verb. *Filius*.

Matrimonium inter Christianos, & Judæos, Hæreticos, & infideles incompatible est; quia prohibitum est à jure Divino, & de nostro Regio, sub pœna mortis: vel si carnaliter se immisceant sub figura matrimonii, part. 3. c. 3. num. 3. & 4. p. 175.

Et quid si non sub figura matrimonii carnaliter se immisceant, n. 5. ibid.

Matrimonium contractum inter virum, & uxorem, facit non solum quod duo majoratus incompatibiles uniantur ratione unionis personarum, & familiarum, sed etiam ratione bonorum, p. 4. c. 3. n. 5. p. 206.

Matrimonium putativum eisdem producit effectus ac verum, & validum, p. 8. c. 2, à n. 73. usque ad 75. p. 343.

Matrimonium putativum quod dicatur, ibid.

Medicina, & Medicus.

Medicinæ scientiam Medicus non percipiet nisi comprehendat id, quod est contrarium, seu incompatible, p. 1. c. 9. n. 1. p. 104.

Medicina quid sit n. 2. ibid.

Medicinæ scientia consistit in recognitione contrariorum seu incompatibilium ibi. n. 3. p. 104.

Medicus, Chirurgus, & obstetrices ad ostendendam impotentiam hominis cognitionem debent habere contrariorum, n. 6. ibid.

Medicus, vel Chirurgus, ad hoc ut suum judicium ostendant Judici in causis super impotentia, vel potentia ad coitum, experimentum faciant cum aqua calida, & postea cum frigida, unde recognoscent potentiam, vel impotentiam viri, n. 10. & 11. p. 104.

Medium.

Medium non datur inter diem, & noctem, lucem, & tenebras, p. 2. c. 1. n. 11. p. 124.

Melioratio.

Melioratio Tertii utrum ex dispositione legis 27. *Tauri*, fieri possit à parentibus in filio unico, part. 1. c. 13. n. 11. p. 119.

Melioratio Tertii posse fieri à parentibus in filio unico defendunt Parladorus, Sarmient. & Spino, n. 12. ibid.

Sed contraria est verior, & communior opinio, n. 13. & 15. ibid.

Melioratio Tertii non potest fieri per parentes in filio unico, ex facultate legis 27. *Tauri*, & si tempore, quo facta fuerit melioratio, sint duo, vel plures filii ac tempore mortis superfit filius unicus, ibidem, num. 16. Et redditur ratio, num. 17. p. 120.

Melioratio in filio unico fieri non valet à parentibus, quamvis in donatione irrevocabili inter vivos, & alii sint filii præter melioratum; ac tempore mortis parentis non nisi melioratus superfit ibid. n. 18. p. 120.

Melioratio Tertii in filio unico non valet fieri à parentibus, & si fiat per pactum dotale in capitulis matrimonialibus, & non nisi unicus nascatur filius, n. 19. ibid.

Melioratio

Index Rerum,

- Melioratio Tertii in filio unico non valet fieri per parentes, licet virtute Regiæ facultatis, si in impetratione non fuerit facta mentio quod non nisi unicum haberent filium, n. 20. *ibid.*
Limitatur si dicta mentio fuit in facta in rescripto, n. 21. *ibid.* p. 120.
- Melioratio facta in filio unico valebit si postea in vita parentis meliorantis, ei alii filii, vel nepotes nascantur, *ibid.*, n. 22. *ibid.* p. 120.
- Melioratio facta in filio unico valebit, si ex filio unico filius nascatur, nepos meliorantis, num. 23. *ibid.*
Quidquid in contrarium defendat Anton. Gomez, n. 24. *ibid.*
- Melioratio facta in filio unico tenet si filius unicus consentiat, non solum expressè, sed etiam tacitè, *ibid.*, n. 25. & 26. *ibid.* p. 121.
- Limita si non ei aliquid ultra Tertium relinquatur, n. 27. & 28. *ibid.*
- Mendicantes.*
- De Mendicantibus, quæstiones varias vide verb. *Frater.*
- Mensura.*
- Mensura omnis sit per lineas inter se incompatibiles, cum in punctis consistant, & nisi una finita, non incipit alia, p. 1. c. 6. n. 7. p. 58
Vide *Tinea.*
- Mentecaptus.*
- Mentecaptus, surdus, mutus, vel cæcus à nativitate, non est successibilis in Regno, sed vocatur sequens in gradu, p. 2. c. 6. n. 3. p. 154
Vide etiam, verb. *Mutus*, & verb. *Successio.*
- Miles, & Militia.*
- Militias, seu Dignitates duas diversas, sive diversi ordinis, tanquam incompatibiles simul eodemque tempore unus possidere non potest, p. 6. c. 4. n. 1. p. 174.
- Militias duas seu dignitates diversi ordinis, si simul eodemque tempore unus habere posset, sequeretur quod vicem duorum sustineret, quod est incompatible n. 4. *ibid.*
- Miles non potest esse procurator nisi in certis casibus, *ibid.*, n. 35. p. 277
De Militibus Jerosolymitanis, & S. Jacobi, & aliorum Ordinum, vide verb. *Ordo.*
- Minor.*
- Minor, Mulier, & Ecclesia, restitutionem non habent, si contraveniant conditioni, seu præcepto institutoris, p. 3. cap. 1. num. 48. & 163, & p. 8. cap. 6. n. 27. p. 360.
- Minor non restituitur adversus suum proprium dolum, *ibid.*, n. 49. p. 163.
- Minores possunt restitui in electione remediorum incomparabilium, ad hoc ut electo uno, possint redire ad aliud, p. 6. c. 1. n. 13. p. 263
Limitatur in majoribus 25. annorum, qui petunt restitutionem ex clausula generali, *ibid.*, num. 14. p. 263.
- Minor adversus electionem unius ex majoratibus incompatibilibus, non valet restitui nisi probet se etiam fuisse læsum, p. 8. n. 26. p. 360
- Minor an restitui debeat adversus præceptum non implerum, n. 27. *ibid.*
- Minores Ordinis Divi Francisci non valent obtinere sibi relicta etiam quoad estimationem, p. 7. c. 5. n. 14. p. 307
Vide amplius verb. *Frater.*
- Mixtum.*
- Mixtum*, cum est simplex æquè principaliter, & cum qualitate illa quodlibet eorum occupet primum, seu principalem locum, est incompatible cum alio, p. 1. c. 1. n. 46. p. 16.
- Mixtum sub simplici comprehenditur, & dispositio loquens de simplici, habet etiam locum in mixto, p. 2. c. 3. n. 13. p. 137.
- Mixtum, in Hermaphrodito habet separatim utrumque sextum simplicem; & quando unumquodque judicatur per se, sub simplici continetur mixtum, p. 2. c. 3. n. 14. p. 137.
- Mixtum non continetur sub simplici si in mixtum concurrunt qualitates incompatibiles, seu contrariæ, *ibid.*, n. 26. p. 138.
- Mixtum non comprehenditur sub simplici, quando successio defertur per statutum, vel per consuetudinem, *ibid.*, n. 45. & 46. p. 140.
- Mixtum quod non habet medium esse per se, denominatur ab extremo fortiori, & pars potentior trahit secum aliam ratione conjunctionis inseparatæ, *ibid.*, n. 52. & 53. p. 140.
- Mixtum quod in dispositione sub simplici contineatur, est verior opinio, & ampliaciones, & limitationes patitur, n. 55. & 56. *ibid.*
- Mixtum non comprehenditur in vocatione successorum ex præsumpta voluntate institutoris, part. 4. c. 6. n. 16. & 17. p. 218.
- Mixtum non comprehenditur sub simplici in materia individua, n. 21. *ibid.*
- Mixtum continetur sub simplicibus in favorabilibus, *ibid.*, à n. 34. usque ad 37. p. 219.
- Mixtum quando sub simplici comprehendatur? Vide remissivè cum distinctionibus, *ibidem*, num. 50. p. 220.
- Modius.*
- Modius, si aliquid ei addatur, vel minuatur ex eo, inæqualis erit, ideo non comparitur quod sit modius, p. 1. c. 6. n. 4. p. 57.
- Monachus.*
- Monachi persona mediante, omnes Religiones, præter Fratres Minores, sunt capaces ad succedendum in majoratibus, vinculis, seu patronatibus, & in aliis, de quibus p. 7. c. 5. n. 65. p. 309.
- Monachus non succedit in majoratu, in quo exclusus sit Clericus in sacris Ordinibus constitutus, p. 1. c. 9. n. 14. p. 105.
- Monasterium.*
- Monasterium an privari debeat fructibus, & redditibus majoratus, quando Monachus ex cujus persona successit in majoratu, incidit in crimen hæresis, p. 3. c. 2. n. 14. p. 171.
- Controvertitur, n. 15. & 16. *ibid.*
- Et distinguntur tres casus, à n. 27. usque ad 31. p. 172.
- Monasterium quando est incapax ad usum, & exercitium officii publici, non sufficit eligere substitutum capacem, p. 6. c. 4. n. 84. p. 281.
- Monasterium, vel clericus an succedere possint in majoratu instituto de Rectoria, sive officio publico? Et quid de majoratu habente annexam jurisdictionem, vel dignitatem Regalem? part. 6. c. 4. n. 97. p. 282.
- Resolvitur pro parte negativa, & cum distinctione officiorum publicorum, & jurisdictionum, & dignitatum, *ibid.*, n. 98. & 99. p. 282.
- Limitatur in majoratu de Tertio, & Quinto, *ibidem*, n. 100. p. 283. & part. 7. c. 5. num. 100. & 101. p. 315.
- Monasteria incapacia successionis referuntur remissivè, p. 7. c. 5. n. 20. p. 306.
- Monasterium

& Verborum.

Monasterium succedit ex persona Monachi in Religione capaci etiam si Novitius renuntiaverit intra duos menses in favorem aliarum personarum, eaque renuntiatio facta sit per verba amplissima, & generalia, dummodo non sit renuntiatum successioni majoratus in favorem alicujus qui expressè vocatus fuerit ab institutore, *ibid.* num. 56. & 57. p. 310.

Monasterium an ex tacita voluntate institutoris, & dispositione hominis, censeatur exclusum à successione majoratus, qui sit institutus ad hoc ut bona conserventur in familia, & memoria testatoris, & ubi sunt vocati agnati? Resolvitur cum plurimis distinctionibus, quæ ad longum videri possunt, p. 7. c. 5. à n. 75. usque ac 91. p. 311.

Monasterium ex conjecturata morte defuncti non succedit in majoratu, quando exclusa est foemina ob conservationem familiæ, *ibid.* n. 92. p. 313.

Monasterium non excludit substitutum, quando in majoratu vocatus est succellor sub conditione deferendi nomen, & arma, n. 93. *ibid.*

Monasterium an excludat substitutum in successione majoratus habentis annexam jurisdictionem? Disputatur, & resolvitur pro parte affirmativa cum distinctione, & declaratione, p. 7. c. 5. à num. 94. usque ad 96. p. 314.

Monasterium an excludat substitutum in successione majoratus habentis dignitatem Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus? Resolvitur pro parte affirmativa, & cum limitatione, *ibid.* à n. 97. usque ad n. 102. p. 314.

Monasterium capax successionis in communi, quando succedit in officio publico, tamquam in bonis liberis, & non gravatis, seu restitutioni subjectis, tunc solum quoad æstimationem, & pretium succedere debet: si verò officium publicum vinculo majoratus sit gravatum, seu post vitam Monachi restitutioni subjectum, tunc statim transit ad substitutum secundò vocatum, vel ad sequentem in gradu, absque eo quod Monasterium vel Clericus tali officio publico uti valeat neque ad nominandum neque ad exercendum per se neque per substitutum, *part.* 17. *cap.* 5. à num. 106. usque ad 117. p. 316.

Monialis.

Monialis per ingressum, & professionem in Religione, habet idem jus, ac privilegia, quæ vir illegitimus professus in Religione, *p.* 1. *c.* 2. num. 104. p. 65.

Moniales Sanctæ Claræ sunt capaces in communi succedendi, etiam in majoratu, *p.* 7. *c.* 5. n. 63. Et redditur ratio, n. 64. p. 309.

Mors.

Mori quis debet potius quàm peccare, prout fecit D. Hermenegildus, *p.* 9. *c.* unic. n. 8. p. 369.

Mulier.

Mulier nupta eligere non valet unum ex majoratibus incompatilibus, nisi cum licentia, & auctoritate viri, *p.* 8. *c.* 6. n. 28. p. 360.

Limita, nisi licentiam maritus denegaverit; quia tunc sola mulier eligere poterit, *ibid.* n. 28. p. 360.

Mulier non habet restitutionem si contraveniat conditioni, seu præcepto institutoris, *part.* 3. *cap.* 1. num. 48.

Vide amplius, verb. *Minor.*
Roxas de Incompatibilitate.

Musica.

Musicæ scientia ex Physica, & Mathematica procedit; ideo mixta, & in vocum consonantia, & unitatibus consistit, *p.* 1. *c.* 7. n. 1. p. 91.

Mutus.

Mutus, **Surdus**, vel cæcus à nativitate, & qui ita sit obtusi ingenii ut nihil intelligat, non succedit in Regno, vel Principatu, aut Dignitate jurisdictionem habente. Secus si aliquid intelligat taliter quòd possit consentire ad contrahendum matrimonium, *p.* 3. *c.* 6. n. 8. & 9. p. 155.

Limita etiam in furioso, qui habeat dilucida intervalla, *ibid.* n. 10. p. 153.

Mutuum.

Mutuum, & **Depositum**, sunt incompatibilia, tamquam ex sua natura contraria, *part.* 1. *c.* 3. num. 8. p. 33.

N.

Nasciturus.

Nasciturus in successione majoratus, est jus quæsitum in spe à jure approbata, *p.* 5. *c.* 2. n. 50. p. 228.

Vide plura verb. *Filius*, de Filiis nascituris.

Natura.

Natura humana ab ultimo impleta in ratione personæ per subsistentiam creatam, est ab intrinseco incompatibilis cum persona divina personaliter subsistente, quamvis mediet per potentiam absoluta unio hypostatica, *p.* 1. *c.* 2. n. 3. p. 19.

Natura humana cum divina fuit in Christo Domino nostro existens, & non subsistens, *part.* 1. *c.* 2. n. 4. *ibid.*

Naturalis.

De **Naturali** tantum filio. Vide verb. *Filius*.

Natus.

Natus post delatam successionem an habeat recursum contra possidentem? Remissivè, *part.* 1. *c.* 6. n. 64. p. 62.

De **Nato** priùs, vel posterius, Vide verb. *Filius*.

Nasci non possunt simul uno impetu duo, vel tres infantes, *p.* 2. *c.* 5. n. 1. & seqq. p. 148.

Nati duo, vel tres, simul sub secundina, (*vulgo*, *tela*, *o Zurrón*, *enque nacen embueltos*, *o encerrados dos niños*: vel exciso matris utero, vel ita, ut ignoretur de primò edito, quis eorum succedere debeat in Regno, vel Majoratu? Est quæstio difficillima, & distinguitur inter successionem Regni, vel Majoratus, *p.* 2. *c.* 5. n. 17. & 18. p. 150.

Et in varias sententias divisi sunt Doctores, n. 19. *ibid.*

Sed nos habemus textum expressum de jure nostro Regio, *in leg.* 12. *tit.* 33. *part.* 7. ubi deciditur, n. 20. & 21. p. 150.

Natus qui est tempore delatæ successionis, quod succedat in majoratu irrevocabiliter, tenent quamplurimi Doctores, contra nondum natum ex linea vocata, qui postea nascatur, *p.* 5. *cap.* 2. n. 21. p. 226. Et referunt eorum fundamenta à num. 23. usque ad n. 26. p. 227.

Natus, qui est tempore delatæ successionis, quod succedat in majoratu revocabiliter, non autem irrevocabiliter, tenent & defendunt quamplurimi Doctores, pro nondum nato ex meliore linea vocata, qui postea natus fuit, n. 32. p. 227.

Index Rerum

Negativa.

Negativa coarctata loco & tempore, quomodo probari debeat per articulos ad interrogandos testes, refertur ad praxim, p. 2. c. 1. n. 53. & 54. 57. & 58. p. 127.

Nepos, vel Neptis.

Neptis, filia ex primogenito in vocatione per lineam masculinam, utrum præferatur Patrueli, qui sit filius ex filia alterius fratris masculi, p. 1. c. 6. n. 330. p. 86.

Neptis ex masculo in majoratu in quo sunt vocati descendentes per lineam masculinam, præfertur nepoti ex femina, ibid. n. 346. p. 87.

Nepotes, qui nec nati, nec concepti sunt tempore mortis Avi, nihilominus in locum patris ingredi adhuc possunt, p. 5. c. 2. n. 44. p. 228.

Nepos retinet feudum ex persona Avi sui, quando pater ejus per culpam suam non admittitur, p. 4. c. 6. n. 42. p. 219.

Nepotes in successione Patruum repræsentant personam paternam, & gradum patris subintrant, non solum de jure nostro Regio, sed etiam Cæsareo, p. 8. c. 5. n. 41. p. 355.

Nepos an præferri deberet Patruo in successione majoratus? antiqua erat quæstio, ita ardua, & difficilis, ut sæpius ad arma deveniretur: Sed pro Nepote decisum fuit in *leg. 40. Tauri*. Quod hodie limitatur in casu *leg. nostræ 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* ubi non Nepos, sed Patruus præfertur, p. 8. c. 7. à n. 20. usque ad. 22. p. 363.

Nepos primogeniti mortui ante majoratus institutionem, an sit, necne, de linea recta? Vide verb. *Filius*.

Nobilis.

Nobilis pauper, infirmus dicitur: & si priveretur alimentis, & aliis, quibus status nobilitatis conservabatur, pro mortuo habendus est, part. 8. c. 1. à n. 16. p. 328.

Nobilis si actum exercent contrarium suæ nobilitati, pro debitis civilibus relaxari à carcere non debet, p. 1. c. 12. n. fin. p. 117.

Nomen.

Nomen perpetuum apud posteros habere, nemo est, qui non desideret, nec defuerunt quidam, qui tam ardentem sui memoriam sitirent, ut sub prætextu civium, vitæ mortem ultro præferrent, part. 8. c. 1. n. 8. p. 327.

Nominatus.

Nominatis extinctis, regreditur legatum ad superiores secundum ordinem, qui est in gradu, p. 1. c. 8. à n. 29. p. 100.

Si vocatio fiat sub nomine proprio singulari, atque individuo: Secus si nomine appellativo, quia tunc prosequitur successio in sequentem, & non retrocedit, usque ad n. 45. p. 100. & seq.

Novatio.

Novatio non præsumitur nisi expressè de ea agatur, p. 1. c. 3. n. 10. p. 33.

Novatio inducitur per incompatibilitatem, seu contrarietatem inter primam, & secundam obligationem, p. 1. c. 3. n. 11. p. 33.

Limitatur, nisi essent abo contractus facti in continentia, n. 12. & 13. ibid.

Novatio præsumitur quando una, utque altera obligatio, seu conventio, sunt contrariæ, etiamsi apposita fuisset reservatio cum clausula *circa præjudicium*, ibid. n. 14. p. 33.

Novatio præsumitur per dationem in solutum, vel transactionem, quamvis pristina jura sibi essent,

reservata, ibid. n. 15. p. 33.

Novatio non præsumitur per dilationem adjectam in secunda obligatione, ibid. n. 16. 17. & 17. p. 34.

Quod intellige quoad debitorem principalem, non autem si fuit facta in præjudicium fidejussoris, ibid. n. 19. p. 34.

Et distinguitur, n. 20. & 21. ibid.

Nullitas.

Nullitas, quæ resultat ex venditione rerum majoratus facta à possessore, non est inducta in favorem ipsius possessoris alienantis, sed in favorem successoris, p. 5. c. 6. n. 9. p. 248.

Vide etiam verb. *Alienatio*.

Numerus.

Numerus est plurium unitatum collectio, seu aggregatio, p. 1. c. 5. n. 2. p. 45.

Numeri compositi propria natura est, quod multiplicatus per alterum parem, producat parem; & per imparem, producat imparem, ibidem, num. 5. p. 45.

Numerorum loci, qui explicantur in hoc opere, vide in *Indice juris*.

O

Obedientia.

Obedire est melius quàm sacrificare, in princ. n. 59. p. 8.

Obedire tenentur omnes Regi suo sub pœna lethali, n. 60. ibid.

Obedientiam negans Principi, peccat mortaliter, & Judex Ecclesiasticus, ad petitionem secularis, excommunicare illum potest, n. 61. ibid.

Obedientiam, quam filius debet præstare patri, & summissio, accipienda est in licitis, & honestis: Secus in illicitis, & multo magis si contra fidem Catholicam, p. 9. c. unico, à n. 13. p. 369.

Obstetrix.

Obstetrices prius quàm judicium suum proferant apud Judices in causis de strupro, quid facere debeant, p. 1. c. 9. n. 9. p. 104.

Odium, & Odiosus.

Odium, inimicitia, vel infidelitas, ad hoc ut sit incompatibilis cum voluntate institutoris, necesse est quod sit gravis, nec sufficit levis, part. 1. c. 2. n. 33. p. 25.

Odium, inimicitia, vel offensa, quæ si gravis quæ verò levis? relinquatur arbitrio Judicis, num. 34. ibid.

Odium, inimicitia, seu gravis offensa excludit successorem à Regni successione, ibid. n. 37. p. 26.

Odium, inimicitia, seu gravis offensa excludit successorem à successione majoratus, n. 38. ibid.

Odiosus ex gravi injuria institutori, veluti si uxor eo incio adulterium committat, vel vidua luxuriosè vivat, amittit facultatem, & potestatem eligendi ei commissam, ibid. n. 46. p. 27.

Odiosus Principi, qui concessit facultatem instituendi majoratum in aliquo, privatur successione majoratus cum tali facultate instituti, num. 47. ibid.

Odiosus patri censetur odiosus filio, p. 3. c. 1. num. 80. p. 167.

Vide alia, verb. *Offensa*.

Offensa.

& Verborum.

Offensa.

- Offensa, ingratitude, vel inimicitia gravis, ad hoc ut excludat successorem, requiritur quod facta sit ipsi testatori, seu institutori Regni, vel majoratus; non autem sufficit quod sit facta successori possessori, seu gravato, nisi à principio Regnum, vel Majoratus, ea lege sint instituta, part. 1. c. 2. n. 39. p. 26.
- Offensa, sive injuria gravis tunc excludit successorem, quando facta fuit institutori Regni, seu majoratus, qui deferatur jure sanguinis: Non autem si descendit ex lege, vel consuetudine, vel deferri debet jure hæreditario; nam tunc cum offensa non sit facta primo institutori, sed adversus quemlibet ultimum possessorem, erit incompatibilis, n. 40. ibid.
- Offensa per patrem facta, licet ante nativitatem filiorum, seu descendantium offensoris, privat eos successione, ibid. num. 60. p. 29.
- Offensa facta antequam sint concepti filii offensoris, differt ab illa quæ sit per hæreticos, quorum filii sint antea concepti: & ratio differentiæ, num. 61. ibid.
- Offensa facta institutori, vel ejus filiis, privat offensorem successione, etiam si in institutione cautum sit quod offensæ, inimicitia, vel ingratitude non privent successorem: Ne detur occasio delinquendi impunè, n. 62. ibid.
- Offensa levis, & non capitalis, & gravis non privat offensorem successione majoratus, n. 63. ibid.
- Offensa commissa contra ultimum possessorem, cui delata sit successio jure sanguinis non autem jure hæreditario, non privat offensorem successione, n. 64. ibid.
- Offensa facta institutori, si ab eo sit remissa tacitè, vel expressè, non privat successione, n. 65. ibid.
- Offensa facta ante majoratus institutionem, si post eam specialiter sit vocatus offensore, non privat eum successione, ibid. n. 67. p. 30.
- Offensa non privat successione, quando omnes sint pariter vocati odiosi, & non odiosi. & vocatio non possit verificari præcisè nisi in odioso, vel offensore, n. 68. ibid.
- Offensa, seu ingratitude non privat offensorem successione, quando provenit ex causa, quæ non lædat personam, famam, vel bona institutoris, sed ingrati, & se recipiat ad meliorem frugem, n. 69. ibid.
- Offensa facta institutori, non privat offensorem successione majoratus, quando ipse fuit institutus in donatione remuneratoria, & propter merita, n. 70. ibid.
- Offensa non privat successione, quando offensore fuit institutus ex causâ dotis, vel contemplatione matrimonii, in capitulationibus matrimonialibus n. 71. ibid.
- Et dantur rationes hujus limitationis, n. 72. ibid.
- Offensa illius, qui fuit institutus contemplatione aliorum, non privat successione, nisi decesserint personæ, quorum contemplatione fuit facta institutio, n. 73. p. 30.
- Offensa facta institutori non privat offensorem successione, quando ipse fuit institutus per viam donationis irrevocabilis secundum dispositionem legis 17. & 44. Tauri; & inimicitia superveniens resultat ex culpa institutoris, ibid. num. 74. & 87. p. 30. & 31.
- Offensa, ingratitude, sive injuria vel inimicitia privat offensorem successione majoratus, aut ipso jure,

Roxas de Incompatibilitate.

aut per sententiam declaratoriam, ibidem, nu. 75. p. 30.

- Offensa, vel inimicitia privat offensorem successione ipso jure, quando propter eam offensore fuit incapax, & non adquisivit dominium, n. 76. ibid.
- Offensa, vel inimicitia, privat successione per sententiam declaratoriam, quando offensore fuit incapax, & adquisivit à principio dominium, & tunc dum vivit, pertinent fructus majoratus ad fiscum, ibid. n. 77. p. 30.
- Offensa per homicidium factum institutori, & factum possessori majoratus, ad hoc ut privetur successione, differunt, ibid. n. 82. p. 32.
- Offensa facta per ingratitude contra institutorem, vel per occisionem commissa, privat ipso jure, n. 83. ibid.
- Offensa facta majoratus successoribus per occisionem, vel ingratitude, non privat ipso jure, sed requiritur sententia declaratoria, & tunc applicatur fisco per tempus vitæ successoris, n. 83. ibid.
- Offensa privat offensorem successione, ipso jure, quando majoratus non est institutus in successore primò vocato per modum hæredis, sed legatarii, seu fideicommissarii, n. 85. ibid.
- Quod intellige, quando offensa, seu ingratitude fuit commissa, vivo testatore, n. 86. ibid.
- Offensa non privat ipso jure, sed per sententiam declaratoriam, quando majoratus est institutus per viam donationis irrevocabilis, n. 87. ibid.
- Offensa, vel ingratitude non privat ipso jure eum, qui fuit institutus ex legitima, nisi propter ingratitude, vel offensam fuerit à patre, vel ascendente exclusus, seu exhæredatus, ibidem, n. 89. p. 31.
- Offensa non privat ipso jure filium, quamvis majoratus simul de Legitima, & aliis bonis extra legitima fuit institutus, n. 92. ibid.
- Offensa non privat ipso jure hæredem necessarium, neque voluntarium, n. 94. ibid.
- Offensa privat ipso jure, quando filius est institutus extra Legitimam per viam legati, vel fideicommissi, vel donationis irrevocabilis, ibid. num. 95. & 96. p. 31.
- Vide amplius in verbis, *Infidelitas. Ingratus. Inimicitia. & Injuria.*

Officium.

- Officiis duobus si unus simul eodemque tempore deservire curat, neutri perfectè, & prout debet, servare poterit, p. 6. c. 4. n. 5. p. 273.
- Officiorum distributio quomodo fieri debeat? singulariter declaratur in cap. 1. 89. dist. ibid. num. 10. p. 275.
- Officia debent dividi ex ratione justitiæ distributiæ, & commutativæ, n. 6. & 8. ibid.
- Officiis duobus serviens confundit eorum servitium. ibid. n. 7. p. 265.
- Officium Auriculæ, seu Auditus, & officium Oculorum, & officium Narium, seu olfactus, & officium Manuum, & alia aliarum corporis partium, sunt incompatibilia, n. 11. & 12. p. 275.
- Officio duplici qui regulariter fungi non potest, n. 13. ibid.
- Officium publicum definitur, n. 15. ibid.
- Officium in communi definitur, n. 16. ibid.
- Officia duo erant incompatibilia apud unum, quoties aut ratione loci, aut temporis, aut causæ, vel personæ, unum præjudicat alteri; & exinde resultat aliquod inconveniens: aliter non erunt incompatibilia, p. 6. c. 4. n. 17. & 18. p. 276.

Index Rerum

- Officia**, quæ sint incompatibilia, vel non? demonstratur pluribus exemplis, *ibid.* n. 14. & à num. 19. usque ad 63. p. 275. & seqq.
- Officia omnia**, tam artificiosa, quàm illa, quæ vocantur, seu reputantur vilia, sordida, & mechanica, erunt incompatibilia, si ex concursu officiorum aliquod inconueniens sequatur in præjudicium utilitatis publicæ: veluti, officium Coriarii, vulgò; *Officio de Curidor*, & Sutoris Coriorum, vulgò; *Officio de Zapatero*, n. 42. Et redditur ratio, *ibid.* n. 43.
- Officia duo**, Senatoris, Prætoris, & aliorum Superiorum in Regali Consilio, & Regiis Cancellariis, unus non potest obtinere simul, *ibidem*, num. 54. p. 279.
- Officium Assessoris**, & officium Auditoris, seu Senatoris in causis Ecclesiasticis, vel officium Arbitri, seu Arbitratoris, Auditoris, & Regii Prætoris, sunt incompatibilia, n. 55. *ibid.*
- Officium Regii Fiscalis** est incompatibile cum officio Advocati, & cum Officio, qui vocatur, *Chancellor*, nec possunt habere Cathedras ad legendum, maximè in urbe Pinciana, n. 56. *ibid.*
- Officium Decurionis**, vulgò, *Regidor*, & *Ventiquatro*, & officium Tribuni plebis, vulgò, *Officio de Jurado*, concurrere non possunt in unam personam; nec duo illa officia unus obtinere potest *ibidem*, à n. 48. usque ad 52. Ubi redditur ratio.
- Limitatur si Princeps dispensaverit, *ibid.* num. 63. p. 279. & seq.
- Officia duo**, plurave sunt incompatibilia non solum quoad usum & exercitium, sed etiam quoad successionem cum effectu, *ibidem*, num. 73. & 74. p. 280.
- Officium deserviens** per substitutum ipsemet deservire intelligitur, *ibidem*, à num. 78. usque ad 81. p. 281.
- Officia publica** possunt dividi quoad æstimationem si sunt libera, seu allodialia; secus, si vinculara, *ibid.* n. 88. & 89. p. 282.
- Officia publica** non possunt locari, nec sub confidentia dari, part. 7. c. 5. à num. 108. usque ad 111. p. 316.
- Limitatur, si vidua, aut minor in eis succedat, quia tunc possunt per tempus duorum annorum possideri. *ibid.*
- Officia vendibilia**, perpetua, vel renuntiabilia, & militia sunt incompatibilia apud Religiosos, & Monasteria, cum prohibitum sit eis exercere prophanam, etiam per interpositam personam, seu substitutum, nisi quoad pretium. Traduntur hac de re quamplurima fundamenta, & rationes, p. 6. c. 4. num. 84. p. 281. & p. 7. c. 5. à num. 104. usque ad 117. p. 316.
- Et an si de officio publico fuerit factus majoratus, succedere possit in eo Monachus, vel Monasterium, Clericusve in majoribus Ordinibus constitutus? p. 6. c. 4. à n. 97. usque ad num. 100. p. 282. & p. 7. c. 5. n. 100. & 101. p. 314.
- Et si succedant in officio publico, vel tanquam libero, vel vinculo majoratus gravato, quid de officio faciendum, p. 7. c. 5. à num. 106. usque ad n. 117. p. 316.
- Opposita, & Oppositores.*
- Opposita** sunt, quæ in uno & eodem subjecto adesse non possunt, & sic idem quod Incompatibilia, p. 1. c. 1. n. 11. p. 13.
- Oppositorum concursu**, ex remedio legis 45. *Tauri*, & per accumulationem actorum, formatur inter eos judicium possessorium, & quando aliquis eorum intentat petitorium, alter verò repugnat ex eo, quod sint incompatibilia, quid juris? p. 5. c. 5. n. 11. p. 241.
- Ordo.*
- Ordo ad succedendum datus in lineis** facit conditionem, p. 1. c. 6. n. 63. p. 62.
- Ordo respectu agnationis**, & respectu successionis, differunt, & in quo? demonstratur, p. 1. c. 8. n. 20. p. 100.
- Ordo in nascendo est**, ut unus post alium egrediatur, & non duo simul; constitutus est per naturam, p. 2. c. 5. n. 2. p. 148.
- Ordinis sancti Joannis Equites**, seu Milites Hierosolymitani, sunt verè Religiosi. Ideo quod dictum est de Monachis, & Monialibus, circa successionem majoratus, intelligendum de istis Militibus, num. 7. c. 5. n. 102. p. 315.
- Ad quod videre potes, verb. *Monachus*, & verb. *Monasterium*.
- Aliter dicendum de Militibus Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, quia matrimonium contrahere possunt, & filios naturales & legitimos procreare, & sic non censentur exclusi tanquam Monachi, & alii Regulares, nisi in majoratu dispositum sit quod successor aliqua facere teneatur, quæ ipsi propter obedientiam, quam magno Magistro præstare debent, efficere nequeant; tunc enim censentur exclusi ex præsumpta mente, & voluntate institutoris, *ibid.* n. 102. p. 315.
- Originarius.*
- Originarius** ob naturalitatem habet aliquod jus ad locum in quo nascitur, part. 3. cap. 1. numero 17. p. 160.
- Originalis culpa** non tetigit Mariam sanctissimam, p. 3. c. 1. n. 64. p. 165.
- P
- Pactum.*
- Pactum de non revocando appositum contractui**, seu actui, de sui natura, seu per dispositionem legis revocabili, utrum debeat sequi naturam contractus, cui adhæret, vel assumere naturam irrevocabilem, cum utrumque concurrere non possit propter incompatibilitatem, p. 1. c. 3. num. 24. & 25. p. 34.
- Pactum de non revocando appositum contractui**, de sui natura revocabili, remanet irrevocabile, per regulas incompatibilitatis, n. 26. *ibid.*
- Et probatur, n. 30. & 32. p. 35.
- Quod extende, etiam si sit appositum per viam ad ditamenti, n. 27. p. 34.
- Pactum de non revocando electum**, appositum ab eo, qui habet facultatem eligendi successorem in majoratu, utrum valeat? remissivè, part. 1. c. 3. n. 31. p. 35.
- Paradisus.*
- Paradisi majoratus** fuit institutus à Domino Deo nostro incompatibilis ipso facto in casu conventionis in Adamo primo nostro primogenitore, & ejus descendentibus, p. 3. c. 1. n. 1. p. 158.
- Partus.*
- Partus intra octavum mensem**, naturaliter est imperfectus, p. 2. c. 4. n. 44. & 45. p. 146.
- Vide amplius verb. *Filius*.
- Pater*

& Verborum.

Pater.

- Pater spiritualis succedit in bonis filii spiritualis ex sacro fonte suscepti, si decedat ab intestato absque consanguineis intra decimum gradum, part. 1. c. 6. n. 141. p. 63.
- Pater non est ex linea filii sui, p. 1. c. 6. n. 184. p. 73.
- Pater, qui susceperit duos filios ex uxore consanguinea, qui majoratum possidebat, in quo post mortem matris successit filius major, si etiam ipse decedat absque liberis, non debet præferri filio secundogenito, p. 1. c. 6. n. 190. p. 73.
- Pater est proximior agnatus filio, ibid. n. 197. p. 74.
- Pater præfertur ad retractum rei venditæ à filio, seu alio descendente, omnibus agnatis, n. 198. ibid.
- Pater debet præferri filio in successione majoratus delata post mortem alterius filii, n. 200. ibid.
- Pater continetur in eadem linea filii secundum veteriorem opinionem, n. 205. ibid.
- Pater, qui cessit, seu refetavit Regnum in filium majorem, qui decessit sine descendantibus, superstitie patre, & altero filio revertitur ad successione Regni, licet alterum filium superstitem habeat, ibid. n. 210. p. 75.
- Pater licet non repræsentat filium, sicuti nec frater fratrem: hoc nihil refert, n. 211. ibid.
- Pater si sit institutor majoratus, præfertur filio in successione post mortem alterius filii, qui primus fuit vocatus, & successor, ibid. n. 219. p. 76.
- Pater præfertur filio in successione majoratus delata per mortem alterius filii, quando in filio contemplatione patris fuit institutus, n. 220. ibid.
- Pater præfertur filio in majoratu vacante per mortem sine descendantibus alterius filii, quando talis majoratus institutus fuit legibus, & jure alterius majoratus antiqui in quo vocatus sit pater, p. 221. ibid.
- Pater præfertur filio in successione majoratus delata per mortem alterius filii, quando per consuetudinem, legem, vel statutum cavetur, quod per mortem filii sine descendantibus succedat pater, n. 222. ibid.
- Et de aliis limitationibus remissivè, ibid.
- Pater foeminae, dicitur principium lineae masculinae, & filiae ejus finis, ibid. n. 332. p. 86.
- Pater qui habet facultatem eligendi, si non eligat ex filiis, erit electio inofficiosa, ibid. n. 364. p. 89.
- Limitat quoad filios naturales, n. 365. p. 89.
- Pater primogenitus non potest constituere filiis suis lineam habituali ad succedendum in majoratu incompatibili cum alio, in quo successerit pater, cum ejus vocatio sit sub conditione, si alium non possideat, p. 4. c. 1. à n. 73. usque ad 75. p. 198.
- Pater primogenitus non potest constituere filiis suis lineam actualem ad succedendum in majoratu incompatibili, p. 3. c. 1. n. 79. p. 199.
- Paterfamilias utrum possidere valeat duos incompatibiles majoratus, unum jure proprio, alium jure patrisfamilias? p. 4. c. 3. n. 23. p. 208.
- Resolvitur quod potest tanquam administrator, seu protector sui filii, n. 30. ibid.
- Pater, & filius, pro una eademque persona reputantur secundum effectum naturalem unionis, ibid. n. 24. & 25. p. 208.
- Patris & filii patrimonium, & dominium bonorum, unicum videtur, n. 26. & 28. ibid.
- Pater non dicitur habere duas Indorum commendas incompatibiles, quando unam possidet jure proprio, aliam nomine filii in qua filius successit, ibid. n. 31. p. 208.

Rexas de Incompatibilitate.

- Pater & filius una eademque persona reputantur fictione juris, n. 32. & 33. ibid.
- Pater acquirit fructus in majoratu filii ratione patriæ potestatis, & non successionis, ibid. n. 34. p. 109.
- Pater quoad bona adventicia filii non habet dominium, sed solam administrationem, n. 35. ibid.
- Pater in adventitiis possidet nomine filii, num. 36. ibid.

Patronus.

- Patronus, qui præsentare tenetur Sacerdotem ad Capellaniam, sufficit quod præsentet illum, qui promoveri possit de proximo ad Sacerdotium, p. 5. c. 3. n. 13. p. 233.
- Patronus, qui Clericum præsentare tenetur, poterit præsentare de proximo clericandum, ibid. n. 50. p. 236.
- Patronus, vel Executor testamentarius, vel Commissarius, qui executionem præstare debet cum consilio fratris Religiosi Minoris, seu Guardiani, an teneatur eum requirere, & ejus consilium sequi, vel non? Resolvitur quod tenetur illum requirere, attamen non tenetur sequi consilium illius: quia in hoc casu consilium Fratris Minoris, seu Guardiani, erit consultivum, non autem decisivum, p. 7. c. 5. n. 30. & 31. p. 306.

Patronatus.

- Patronatus, an comprehendatur appellatione Majoratus? p. 8. c. 3. n. 33. & 34. p. 347.

Paupertas.

- Paupertate, & indigentia alimentorum, vilescit familia, p. 8. c. 1. n. 15. 16. & 17. p. 318.

Peccatum, & Peccato.

- Peccatum, & Gratia, formaliter in eodem subjecto sunt incompatibilia, p. 1. c. 2. n. 5. p. 20.
- Peccati effectus formalis est, reddere subjectum formaliter inimicum Deo; Gratia autem est, reddere subjectum Deo gratum, & amicum: ideo sunt incompatibilia, n. 6. ibid.
- Peccatum, & gratia, an non solum opponantur meritorie, sed etiam physice, ibid. n. 7. p. 20.
- Peccatum, & gratia, quod non habeant oppositionem, seu incompatibilitatem physicam de sua natura, opinio est Patris Villalobos: & referuntur ad literam ejus fundamenta, n. 8. ibid.
- Peccatum unum mortale poterit Deus de potentia absoluta dimittere ei, qui habeat alia lethalia peccata, non autem de potentia ordinaria; quia dimittendo peccatum, infunditur gratia: ideo hoc est incompatible, ibid. n. 9. & 10. p. 20.
- Peccatum, & Gratia, sicuti non solum sunt incompatibilia meritorie, sed etiam physice, ad successionem Regni, seu majoratus Divini; ita de jure nostro Civili, & Regio, incompatibilia sunt odium, inimicitia, infidelitas, vel ingratitude, cum gratia, seu voluntate institutoris, ad succedendum in majoratu ab eo instituto: cum non solum opponantur meritorie, sed etiam physice, p. 1. c. 2. num. 31. p. 25.
- Peccatum & Gratia, ad hoc quod sint incompatibilia meritorie, & physice, requiritur quod peccatum sit lethale, nec sufficit quod sit veniale, quod non est incompatible cum gratia, ibid. n. 32. p. 25.
- Peccator offendens in uno, factus est omnium reus, p. 4. c. 6. n. 8. p. 217.

Pœna.

- Pœna debet tenere suos authores: & ideo est personalis. Limitatur tamen in offensione patris, vel filii,

Index Rerum.

- cum nunc ceteri debeat realis, & linealis, part. 1. c. 2. n. 57. & 58. p. 28.
- Pendens.*
- Pendere potest aliquid ratione futuri eventus part. 5. c. 2. n. 41. p. 228.
- Pendere non dicitur illud, quod non pendet essentialiter, licet pendeat quoad spem resolutionis potentialiter, nec impeditur per talem pendentiam aliquis effectus ipsius actus, p. 7. c. 6. n. 39. p. 323.
- Pensio.*
- Vide in verb. *Redditus.*
- Perditum.*
- Perditum ex uno capite speciali, potest recuperari ex alio capite generali, p. 4. c. 6. n. 44. p. 219.
- Pereira de Castro.*
- Pereira de Castro, *decisione* 5. explicatur. p. 1. cap. 6. n. 213. & 214. p. 75.
- Et in *decif.* 48. à n. 1. explicatur, ibid. n. 215, 216. & 217. p. 75.
- Periculum.*
- Periculum rei, quæ casu fortuito perit, ad eum spectat cujus gratiâ res data, concessa, vel promissa fuit, & cujus non minus principaliter intererat ne res periret, si aliter precepta fuisset, p. 5. c. 6. n. 27. p. 260.
- Vide amplius, verb. *Res.*
- Perplexitas.*
- Perplexitas est quando adimplendo unum, sequitur impossibilitas, vel contrarietas, vel inconueniens in altero, p. 1. c. 1. n. 4. p. 12.
- Perplexitas alia est resolubilis, & tunc non vitiat dispositionem; & alia non resolubilis, & tunc vitiat, n. 5. & 6. ibid.
- Perplexitas circa duo beneficia, vel majoratus, eligendo unum, est reducibilis, seu resolubilis, n. 7. p. 12.
- Perplexitas quid sit, docet etiam Baldus, & per exempla demonstratur, n. 9. ibid.
- Perplexitas, & impossibilitas, ad idem tendunt, ibid. n. 13. p. 13.
- Perplexitas est quidam terminus reddens actum nullum ex necessitate, cum ex ea insurgant duæ dispositiones, quarum una alteram destruit, & mutuo se impediunt, p. 1. c. 10. n. 27. p. 108.
- Et quomodo perplexitas recognoscatur? demonstratur exemplis à n. 26. usque ad 32. ibid.
- Perplexitas conditionis, aut conditionum, ut evitetur, improprandi sunt verba dispositionis, seu conditionis, n. 32. p. 108.
- Perplexitas est inimica juribus, part. 1. cap. 10. n. 33. p. 109.
- Perplexæ, contrariæ, vel contradictoriæ conditiones, si concordari, aut salvari non possint, tunc neutra valere, nec consistere debet, n. 35. ibid.
- Perplexæ conditiones, aut contrariæ, si reduci, sive concordari non possunt, tunc institutio ad dispositionem majoratus regularis reduci debet, ibidem, n. 36. p. 109.
- Perplexitas sive contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatilibus dispositionibus, an debeat vitari vel dissolvi? part. 4. cap. 5. nu. 6. p. 213.
- Perplexitas, sive contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatilibus dispositionibus, ex conjecturata, atque præsumpta mente defuncti potest dissolvi, quod demonstratur exemplis, ad explicationem textus *in lege*, *Qui quadraginta*, ff. ad l. *Falcidiam*, p. 4. c. 5. à n. 7. usque ad 9. p. 213.
- Perplexitas potest dissolvi per probationem testium qui deponant de voluntate institutoris, ibid. n. 10. p. 214.
- Perplexitas, sive contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatilibus dispositionibus, potest dissolvi dividendo, vel distinguendo, vel subdividendo casus, vel personas, num. 11. ibid.
- Perplexitas, sive contrarietas dissolvi potest, aut concordari, etiam improprando verba ex aliqua causa rationi, & præsumptæ menti institutoris congrua, ibid. n. 13. p. 214.
- Perplexitas, seu contrarietas dissolvi potest, quando unum ex contrariis, seu incompatilibus, continet absurdum, n. 14. ibid.
- Perplexitas, seu contrarietas dissolvi potest, quando unum ex incompatilibus non esset juri, legibus, aut statutis conforme, ibid. n. 15. p. 214.
- Perplexitas, seu contrarietas dissolvi potest, quando cadit inter conditiones, seu dispositiones, quæ non sunt pari favore dignæ, sed una sit digna majori favore, n. 17. ibid.
- Perplexitas, seu incompatibilitas potest dissolvi, quando id quod dispositum est, potest existere sub diversis respectibus, n. 18. ibid.
- Declaratur. n. 19. & 20. ibid.
- Perplexitas, sive contrarietas potest dissolvi respectu diversitatis temporis, vel loci, ibid. n. 21. p. 215.
- Perplexitas, seu incompatibilitas potest dissolvi, si sit cum dictione taxativa, quæ non operatur inter casus concordantes, & conducibiles, num. 23. ibid.
- Perplexæ, seu incompatibiles conditiones, & dispositiones, quæ dissolvi, aut concordari non possunt, vitiant actum, & neutri attenditur, cum invicem se impediunt, ibid. n. 25. & 26. p. 215.
- Vide etiam verb. *Contrarietas*, & *Contraria*, & *Incompatibilitas.*
- Persona.*
- Persona patris ultimi possessoris auget jus suæ filix, p. 3. c. 4. n. 24. p. 183.
- Personarum illustrium multitudo, dum pluribus distribuuntur officia publica, facit Rempublicam ornatiorem, & magis illustrem, p. 6. c. 4. n. 9. p. 275.
- Petens, Petitio, & Petitorium.*
- Petens bona, jure majoratus, an possit postea ea vindicare tanquam bona libera, p. 6. c. 1. n. 15. & 16. p. 263.
- Petitio non valet ad duos, pluresvè majoratus incompatibiles, sed ad unum tantum, si successio est jam delata, & ad eos actiones sunt natæ, p. 6. c. 2. n. 10. p. 266.
- Et probatur, & demonstratur exemplis, num. 11. & 12. ibid.
- Petitorium, & possessorium *Retinenda*, si concurrere possent, Judex discernere non valeret quis ex litigantibus esset actor, & quis esset reus, & cui eorum onus probandi incumberet, p. 5. c. 5. n. 27. & 28. p. 243.
- Petitorium potest quis deducere per viam declarationis simul cum possessorio, p. 5. c. 5. n. 44. p. 244.
- Quod limitatur in casu, de quo n. 45. ibid.
- Petitorium potest deduci simul cum possessorio non simpliciter, sed conditionaliter, in defectum possessorii, petendo quod declaretur ad se majoratum, ejusque bona cum fructibus pertinere, & adversarius ad omnium restitutionem condemnaretur, si super possessorio obtinere non debeat, part. 5. c. 5. n. 46. p. 245.
- Quod

& Verborum.

- Quod procedere non valet in interdicto *Retinenda*, sed in interdicto *Recuperanda*, aut *Adipiscenda*, ibid. n.47. p.245.
- Vide alia verb. *Interdictum*, & verb. *Libellus*.
Philosophia, & *Philosophus*.
- Philosophia* est omnium artium procreatrix, ac parens, p.1. c.3. n.1. p.32.
- Philosophus* affirmat pro regula, quod impossibile sit, contraria eidem inesse, n.2. ibid.
- Poëtica*, & *Poëta*.
- Poëtica* scientia cognatione quadam est conjuncta *Rhetoricæ* sive scientiæ *Oratoriæ*, p.1. c.12. n.1. p.113.
- Poëtica* scientia quid sit, & ejus descriptio, num.2. ibid.
- Poëtica* scientia cognoscitur per incompatibilia: quod demonstratur exemplis, ibidem, num.3. p.113.
- Poëtica* scientia non excusat à Tutela, vel Cura, nec ab aliis muneribus civilibus, & publicis, num.4. ibid.
- Poëtica* non est inter legitimum numerum scientiarum, ibid. n.6. p.113.
- Poëtæ* non docent, sed ad imitationem intendunt; nam *Poëtica* nihil aliud est quàm imitatio actionum hominis boni, vel mali, n.7. & 8. ibid.
- Poëtica* in *Gymnasiis*, seu publicis *Scholis*, non principaliter docetur, sed accessoriè, sive secundum quid, ut maximè pueri elegantius sciant, & rectius loqui, ibid. n.9. p.114.
- Poëtica* scientia non continet utilitatem publicam, n.10. ibid.
- Poëtica* scientia in *scholis* publicè legitur, non ut eam teneamus, sed ut eam non ignoremus, ibid. n.11. p.114.
- Poëticos* libros non omnes admittunt in *scholis* *Patres* ex *Societate Jesu*, & quare? n.12. ibid.
- Poëtica* dividitur in *Lyricam*, *Epicam*, & *Scenicam*, n.13. ibid.
- Poëtica* ab omni ævo accepta, & laudata, atque propitiata, ibid. n.14. p.114.
- Poëtarum* authoritates, & epigrammata allegari possunt, & probant in jure, n.15. ibid.
